



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvs De Conscientia, De Peccatis, De Legibvs, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Dispvtatio I. De Lege in communi, eiúsque causis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](#)

# TRACTATVS TERTIVS DE LEGIBVS.

## PRO O E M I V M .

**T**UDIOSVS rerum moralium præ oculis habere debet dicenda in hoc tractatu, utpote principia communia omnibus quæ de vitiis, & virtutibus in sequentibus diceanda sunt. Claritatis gratia hunc tractatum in sex disputationes diuidam.

In prima explicabo naturam legis, eiisque conditiones, & causas.  
In secunda specialem sermonem instituam de lege irritante, & poenali: hoc est, de lege imponente poenam, & irritante actum contra ipsam factum.  
In tertia de lege non scripta, quæ est consuetudo.  
In quarta de lege speciali, quæ priuilegium vocatur.  
In quinta de cessatione legis, eiisque interpretatione.  
In sexta de illius dispensatione.

## D I S P U T A T I O I .

*De lege in communione, eiisque causis.*

### P V N C T V M I .

Vnde dicitur lex, & quid sit.

- 1 Expenditur etymologia legis.
- 2 Deponitur lex.
- 3 Atponitur eius differentia à consilio, petitione, & precepto.
- 4 Semper debet esse iusta, rationabilis, & bono communi convenientia.
- 5 Relipicere commune bonum.
- 6 Proponitur quadam obiectio.
- 7 Satis obiectio.
- 8 Lex forend a eo, qui curam cooperatorum habet.
- 9 Debet esse promulgata.
- 10 Expenduntur alia conditiones.

**L**Ex dicitur primò à legendō, secundum Ildorum, etymol. cap. 3. & lib. 5. cap. 3. quia in ea legitur quid facendum sit, quidve vitandum. Secundò dicitur à deligendo: eo quod ex multis eligat quae potius videntur, ad rectum vivendi sumū tradit. Cicero lib. 2. de natura Deorum, vel re dixit Augustinus in questi. ex novo Testamento, quæst. 5. vi de multis, quid eligas, ficas. Tertio dicitur à ligando, quia ligat homines ad sui obseruantiam: sic D. Thomas, 1.2. quæst. 50. art. 1. Varis autem simibus solet lex appellari, iuxta variæ fictiones, quas habet; cum enim lex doceat, instituat, praescriva, quid frangendum, vel omitendum, aliquando solet appellari doctrina, institutio, praescritio: specialiter tamen dicitur, usus consuetudinum, & sanctio. Dicitur ins., quia iuber, & impetrat, vel quia intendit tribuere uniuersique quod suum est: dicitur consuetudinum, & sanctum, quia constituit, quæ sunt factenda: dicitur sanctio, quia sancte personam non obtemperantibus ex I. sanctio, scilicet poena. Hæc autem nomina in co-differunt, quia leges Principis supremi facularis, Regis, vel Imperatoris vocantur iura; Pontificis vero decreta, vocantur constitutions. Inferiorum vero Principum, ciuitatum, & popolorum decretis, vocantur statuta. Vide Azor tom. 1. iustit. mar. lib. 5. quæst. 1. & 2. Suarez de legib. lib. 1. cap. 1. & 2. Salas 1.2. tractat. 24. disput. 1. sect. 1.2. & 3.

2. S. Thomas receptus ab omnibus 1.2. q. 90. art. 4. definit legem, ut sit ordinatio ratiois ad bonum commune ab eo, qui curam communiam tis habet promulgata. Dicitur ordinatio, & præscribit quid sit facendum, vel vitandum;

dicitur rationis, quia à ratione provenit hæc ordinatio, & quia non tam respicit bonum speciale subditorum, quam reipublica; ideo ad commune bonum dicitur ordinatio ab eo, qui curam communis boni habet; & in lege requirit lex promulgationem, ut ex sequentibus videbimus.

Vt autem hæc definitio plenus intelligatur, supponendum est, quemlibet legislatorum, antequam ferat legem, judicare debere legem illam convenientem esse reipublica; alias imprudenter, & iniuste legem ferret absque hoc iudicio, illaque deficiente lex nulla esset, quia nullam vim habet obligandi, utpote, quia iusta non esset. Hoc iudicio supposito accedit secundò voluntas, quia vuln. subditos obligare ad legis observacionem. Terterum aliquo manifestat eius voluntatem. Ex quo sit legem esse actione intellectus, voluntatis; intellectus, inquam, iudicantis rem imperatam per legem esse convenientem bono communione; voluntatis, intendentes obligare subditos ad eius obseruationem. Nam sine qualibet horum actionum non erit lex; sine primo non erit iusta, & rationabilis, & sine secundo non obligabit. Requiritur in lege manifestetur subditis, alias non poterunt obligari. Sic Suarez lib. 1. de legib. cap. 4. numer. 6. & cap. 5. per totum, principale numer. 2. Bonacina disputat. 1. de legib. quæst. 1. punt. 1. numer. 1. & alijs apud ipsos.

3. Ex his constat primò, quia ratione lex differat à consilio, & præcepto. Nam licet per hæc ordinetur quis, & dirigitur ad recte operandum, non tamen dirigitur per ipsa, tanquam per aliquem actum aliquius superioris resipientis bonum commune. Consilium enim, & petitio non est formaliter actus superioris, cum ab æquali, & inferiori possint procedere. Præceptum vero, est necessarium petat à superiori oriri, non tamen à superiori resipientis bonum commune, cum præceptum speciali boni illius, cui præceptum imponitur, contentum sit. Præterea præceptum spiritu motte imponeratis: ac lex cum sit perpetua, eius morte non finitur, quam differentiam notauit Menochius lib. 1. de arbitr. q. 69. Vafq. 1.2. disp. 1.51. e.g. Sanct. lib. 8. de matrim. disp. 1.8. q. 2. n. 47. Suan. de legib. lib. 1. cap. 10. n. 9.

4. Secundò constat legem iniustum, inutili, non convenientem bono communi legem non esse, neque obligacionem inducere, ita Vafq. 1.2. disput. 1.51. cap. 2. Salas de legibus, disput. 2. sect. 8. n. 50. Bonacina disput. 1. de legibus, quæst. 1. punt. 1. num. 9. Suarez lib. 1. cap. 9. num. 1. In casu autem dubio an sit convenientis, inutilis, vel iniusta, præsumi debet iustum esse, & obligacionem inducere: vt relato Panormitan. Felino, & alij docet Suarez Bonacina, & alij supra. Vide quæ diximus in tractat. de conscient. disput. 3. punt. 7. vbi de cau dubio legis.

5. Prima ergo conditio requisita ad legem, est resipere bonum commune, ex Papiniano in 1. lex est. ff. de legib. ibi. Lex est, commune præceptum & ex Ildoro relato in c. erit aquem lex, distincta. vbi inter conditions requisitas ad legem ait esse, ut nullo proprio commendo, sed pro communi ciuium velitate coascripta

DE  
LASTRO  
PALACIO  
TOM.

III  
EL

conscripta sit, & tradit D.Th., communiquer receptus 1.2. q.90. art.1. Suarez cap.6.n.8. Ratio est manifesta, quia leges sunt de se regulare perpetuae humanarum actionum. Non ergo personae particulares, & bonum illatum, quod sicut habent; debent respicere, item sicut à persona publica, quatenus publica est.

6 Dices plures esse respicientes bonum speciale, & non commune, quales sunt leges minorum, pupillorum, militum, quae respiciunt bonum honorum personarum, non communiarum. Secundò quodlibet privilegium, quod lex privata dicitur in cap. privilegium, disp.3. in bonum tantum privilegii cedit, non commune. Tertio lex tributorum, & vestigialium, solum respiciunt uterum Regis, non communiarum: in modo potius est in damnum illius. Quartò lex prescriptionis, quae aliquibus est utilis, pluribus est damnosa. Ergo non omnis lex cedit in bonum commune. Tandem, quia si leges haec, quae bonum speciale aliorum ciuium respiciunt, leges propriè nuncupantur, eo quod bona ciuium sunt bona communiarum, quia bonum partis est bonum totius; quodlibet praeceptum latum cuiilibet persona particulari, dici potest lex: quia eius bonum cedit in bonum commune. Ergo hæc indirecta cesso non sufficit ad legem.

7 Respondeas leges pupillorum, minorum, militum, nobilium, &c. bonum commune respicere; quia non attendat bonum cuiuslibet personæ singularis, quacunq; talis est, sed quatenus inducit rationem communem pupilli, minoris, militis, &c. Præterea bonum hanc personarum cedit in bonum totius reipublicæ, cui maxime conuenit supradictæ personæ fauere.

Ad secundum dico, si privilegium sit pro aliquo genere personarum latum, lex in rigore est: si autem sit pro singulari persona concessum, à lege propria distinguitur; quia tunc non respicit bonum commune, sed speciale.

Ad tertium leges vestigialium, si vestigialia iusta sunt, utiles esse reipublicæ, quia nihil reipublicæ utilius esse potest, quam esse desiderant, ad cuius finem tributa imponeantur.

Ad quartum legem prescriptionis utiliæ esse reipublicæ, quæ vitæ lites, & pacem constituit, eto aliqui damnata sit: si cuicunque lex punitiva damnata est delinquenti, vilius tamen reipublicæ.

Ad ultimum concedo indirectum illum & remotum respetuum boni communis non sufficere ad legem, ut probat exemplum de præcepto late personæ singularis. Quare ad rationem legis necessariæ requiritur, ut per ipsam legem immediate recipiat bonum commune, quod non potest esse, nisi circa ipsam communiam, vel patrem principalem illius feratur lex. De intentione autem legislatoris non est curandum: nam esto ipse legifer malo animo procedat, si ramen lex ipsa iusta sit, quia bono communi illi conueniens, sufficit ad obligationem inducendam. Si tamen ipse per legem datum illius aliquid intendit, quodque in bonum commune non cedit, iniquista erit lex, & nullam obligationem inducet, & ab illa ut iniqua licet appellate, vel exceptione doli contra eam agere, ut rectè dixit Panormit, in rubr. de consuetud. num.2. Felin. in cap. cum onere, de consuetud. num.5. Bart. in lomnes populi, de iust. & iur. quæst.5. n.53.

8 Secunda conditio requisita ad legem est, esse latens ab eo qui curam communiarum habet, non qualcumque curam, sed curam politican, & iurisdictionis. Pro quo aduenturum est dupl. iestri curam communiarum habere posse. Primo per potestatem dominatiuum, & economicam, secundò per potestatem politican. Primam potestatem dominatiuum habent parentes si filios, domini in seruos, mariti in uxores; & hac potestas non sufficit ad ferendam legem: cum quia ex vi illius nihil possit exigere, quod sibi non debetur: tum etiam, quia ex hiis potestas non attendit semper bono subditorum, sed proprio. Restat ergo ad ferendam legem necessariæ requiri potestatem politican, seu iurisdictionis, quia feliciter legislator potest sit subditos coeteros, & bonum non proprium, sed commune respicere, sic D.Thomas 1.2. quæst.90. art.3. ad 2. Salas de legib. disp.1. sect.9. num.54. Sayrus in clavis regia, lib.3. cap.1. n.7. Bonacina disp.1. de legibus, quæst.1. part.1. n.1. & part.3. n.2. Suarez lib.1. de legib. cap.8. num.2. & 6. pluribus exornat.

9 Tertia conditio requisita ad legem est, esse promulgatam seu intimatam subditis; sine hac enim promulgatione vim obligandi habere non potest, cum non possit de illa subditis constare. Debet autem hæc promulgatio communarii fieri, quia pro bono communiarum feratur, & quia fugiti non obligantur, ut singulare personæ, sed quatenus sunt communiarum; ac proinde ipsa communaria debet quasi prius obligari esse, sic D.Thomas 1.2. quæst.90. art.4. & tradit Idor. in d. cap. erit autem lex, disp.14. Sayr. n.12. Suarez lib.1. c.11. Castro lib.1. de leg. part. c.1.

10 Aliæ autem conditiones à Doctoribus enumerantur, quæ vel in superioribus continentur, vel non sunt necessaria. Ex postulatur, inquam, ad rationem legis scriptura, sed hanc pro-

babilis est necessariam non esse, sed conuenientem; voce enim manifestari voluntas legislatoris potest, ut rectè dixit Ioan. Andr. in reg. nemo potest, de reg. sur. in 6. Panormit. Decius, & Felin. in rubr. de consuetud. & multis relat. tradit Suarez lib.1. de legib. cap.15. fine, & lib.3. cap.15. n.6. Atzor. tom.1. institutionum moralium, lib.5. cap.2. quæst.5. & constat ex cap. institutionis, 25. quæst.2. ibi. institutionis nostra de cetera, sine qua scripto decernimus, sine qua in nostra praesentia videtur esse de posita, & cap.1. de iure iurando in 6. ibi. iuram nisi statuta, confutandis Ecclesiast. scripta, aut non scripta inutilitatem obseruare. Idem constat ex cap. in istis, distinct.4. & cap. consuetud. distinct.1. Secundò requiritur acceptio populi, sed hoc ex benignitate legiflatoris, ut postea dicemus. Tertiò requiritur perpetuitas, si enim pro determinato tempore feratur, potius præceptum, quam lex dici potest. Nam cum lex pro bono communiarum feratur, & communias de se perpetua sit, lex etiam debet esse perpetua: & tradidit glossa in cap. a nobis, 1. de sentent. excommunic. & Panormitanus ibi num.11. Nauarrus simm. cap.27. num.74. Suarez prius referens lib.1. cap.10. num.5. innot. num.16.

## P V N C T V M II.

## Quotuplex sit lex.

1 Lex triplex est, alia diuina, alia naturalis, alia humana.

2 Quæ sit lex diuina.

3 Quæ naturalis.

4 Quæ positiva, & quotuplex.

5 Expenditur alia legis divisiones.

6 Quæ sit lex odiosa, que favorabilis.

1 Ex alia est diuina, alia naturalis, alia humana. seu positiva. Diuina hæc recepta est ab omnibus Theologis, & iuriis peritis.

2 Lex ergo diuina est Deus ipse, quatenus iudicat, quid faciendum sit, quidve omitendum, & voluntatem habet obligandi homines, & Angelos ad sui observationem. Ex hac igitur legie omnes leges dimantur, illaque conformari debent, quia est prima regula, & mensura, ad quam omnia tanquam ad finem ordinantur, conuenientque illi perfectissimè definitio legis in superiori puncto constituta, est enim actus rationis, seu actus ab eo, qui est ratio per seipsum, & potestem habet in omnes creaturas; quibus suam legem lumine rationis indicat, & manifestat.

3 Lex naturalis propriè sumpta dicitur illa, quæ rationali natura insit est, quæ naturæ rationalis discerneret honestum à turpi: iniquabilis enim creatura rationali datur dictamen quadam rationis, consistens in cognitione eorum, quæ honesta, vel in honesta sunt, conuenientia, vel disconuenientia suæ naturæ.

Difficultas autem est, an hoc dictamen debet dici lex? Ratio difficultatis est, quia non est à superiori, sed ab ipsomet proponente. Item quia nihil aliud facit, nisi proponere malitiam, vel bonitatem in obiecto. Ergo supponit iam obiectum esse malum, & prohibitum. Ergo ipsum cognitus non prohibet, alia implerit Deus respectu sui ipsius habet propriè legem naturalem, siquidem eum habet hoc dictamen rationis. Nec etiam disconuenientia, vel conuenientia obiectorum cum rationali naturæ legem constituere potest, sed est fundatum in ipsius legis prohibitione: ideo enim prohibetur mendacium, quia est dissonum: & ideo mandatum subvenit ego, quia est conueniens. Item si in hoc disconuenientia, vel conuenientia lex naturalis conficeretur, diceretur Deus legem naturalen habere, non minus, quam homo, quia non minus, in modo magis naturæ diuinæ, quam humanæ est dissonum mendacium.

Propter hæc multi dicunt legem naturalem non esse propriè legem præceptuum, sed esse legem indicativam, quia indicat, quid faciendum sit, quidve omitendum: sic docit Corduba lib.3. de conscientia, quæst.20. ad 2. & alij relat. à Suarez lib.1. de legibus, cap.6. num.3. Sed hoc nullatenus est admittendum, cum lex naturalis, lex propriè appellatur à Pateribus, & Doctribus, & illius transfigressores vere peccatores dicuntur, & sunt. Quocirca exstimo legem naturalem, seu dictamen rationis includere simul legem æternam Dei, quia procedit à Deo tanquam à supremo legislatore. Deus enim cùm natura rationali creare voluit, simul voluit illas regere, & gubernare, ad cuius gubernationem necessarium erat leges illis imponere. Impoluit ergo illis legem de virtutibus his, quæ intrinsecè sunt in honesta, & disconuenientia rationali naturæ; ut autem hanc disconuenientiam, & in honestatem cognoscere rationalis natura, lumen rationis ei indidit, quo illuminatur, & regitur, ac proinde hoc dictamen quatenus præsentat ea, quæ à Deo sunt prohibita, habet rationem propriæ legis, & à causa dixit D.Thomas 1.2. quæst.92. art.2. legem naturalem esse participationem legis æternæ, & quæst.94. art.6. adducit D.Augustinum

statim memfici cap. 4 dicentem, Lex sua scripta est in cordibus  
humani. Ergo lex naturalis referri debet ad legem Dei, ut  
sit propria lex, & ita tradit. Geron. tractat. de vita spirituali  
lib. 2. per totam, praecepta coroll. 5. Victoria refutat. de prae-  
ceptis ad usum rationis, num. 8. Suarez lib. 2. de legibus, cap. 6.  
num. 5.

\* Rorius lex positiva, ut distinguitur à lege naturali. & diui-  
na, ut quæ à perito accidentaliter ponitur: & hæc est duplex,  
alii est divina, alia humana. Diuina positiva est, qua Deus ho-  
mines regit & gubernat, quatenus corpus quadratum politicum  
constituum. Sic præcepta veteris legis de ritu sacrificiorum, &  
ordinis judicialis leges positivæ diuinæ dicebantur: & in presenti  
præcepta de administratione sacramentorum, & illorum receptione  
se a Christo Domino lata, leges diuinæ dicuntur. Lex humana  
dicitur, quia ab hominibus proxime & immediate proueniit. Deus  
enim ius prouidentia volunt homines per homines gubernari, &  
alios aliorum superiorum esse: qui ergo superiores sunt, & superio-  
rem habent potestatem, leges condere possunt, quibus inferioris  
gubernentur. Sed quia hi superiores alii sunt Ecclesiastici,  
ali ecclesiastici, ali recipiunt a Christo Domino potestatem con-  
cedi legem; alii vero à ipsa republica. Ideo lex humana in  
Ecclesiasticam, & ciuilam dividitur. Ecclesiastica est, quæ à Christo  
Domino tanquam ab eius auctore primo proueniit, & sub-  
ditos in superius vel finem dirigere intendit. Ciuilis præci-  
piti attendit gubernationem politicam, & subditos in pace confer-  
unt.

\* Haec sunt divisiones legis præcipua: nam aliae, quæ dan-  
tar ex variebat obiectorum, lati non sunt: dicitur enim  
lex alia affirmativa, alia negativa. Affirmativa est quæ imperat  
aliquid positiuum, & reale, esto vel nisi negativus imperat, vt est  
lex deaudendo facto diebus festis, de communione recipien-  
di in Paschate. Negativa lex est, quæ negationem imperat, &  
adum positiuum prohibet, qualis est lex de non furando, de  
non occidendo, de non fornicio, &c. Insuper aliae sunt le-  
ges mete præceptiva, aliae pure pena es, aliae irritantes con-  
tractum, aliae probribentes fieri, de quibus omnibus in sequen-  
tibus lacetendum est. Vide Axiomum tom. 1. lib. 5. cap. 1. quæ 5.  
Suarez lib. 2. cap. 3. fine & latius lib. 5. c. 1. & 2. Bonac. disp. 1.  
q. 1. punct. 2. fin. Salas de legib. disp. 2. sect. 1. Valq. tom. 2. disp. 15.  
cap. 5.

Sed inter has divisiones illa est præcipua, quæ dividitur  
lex in legem odiosam, & favorabilem. Odiosa dicitur non quia  
odio digna sit, est enim iusta, & sancta; sed quia imponit gra-  
vamen aliquod, vel penam, quam meum recusat habere huma-  
na natura. Favorabilis dicitur lex, quæ fauorem continet. At  
difficilis non leuis est, in cognoscendo, quæ lex dicatur grau-  
men continere, quæ fauorem: Sæpè enim lex, quæ grauamen  
alium imponit, alteri beneficium conferit, ut contingit in legi  
imponenti tributum, quæ foliolum grauius est, & odiosa; ei  
autem cui tolluntur, favorabilis. Item præiugium alium conce-  
lsum, quo extirbit ab obligatione legis communis, fauorem  
conferre respectu privilegiati: at respectu communis grau-  
menta haberet: tenet enim communis, quod aliquis ex illa exima-  
tur, et non conformatur. Deinde lex tamquam delinqutibus  
imponens odio a seipso respectu illorum, quibus imponitur:  
at respectu aliorum, in quorum defensione lata fuit, favorabi-  
lis est. Quia ratione multi dicunt, legem tamnam, si quis suau-  
dare dabo, per percussione clericorum excommunicantur, esse  
favorabilem quia licet respectu delinqutuum odium contineat:  
at respectu istius clericis, in cuius defensionem lata fuit, fau-  
tem continere. Deinde, quia non odia extenduntur, ratione odii semper  
est restringenda lex.

Propter haec Tiraquel, in prefat. ad retract. lignag. n. 65, ex-  
flammat legem odiosam dici illam absolute, que grauamen alium  
imponit, etiam alii favorabilis sit: quia absolute favorabilis  
dicti non potest, & bonum ex integra causa. At dicti potest absolute  
odiosa, quia ad hanc denominationem sufficit, ex patre odium  
contingere. Deinde, quia non odia extenduntur, ratione odii semper  
est restringenda lex.

Venit haec doctrina ab solitudo probanda non est, aliae nulla  
est lex, quæ odiosa non esset, cuncta cum quilibet lex eo  
ipso, quod præcepta sit, onus, & grauamen imponat, et  
quibus præcepit. Quocirca dicendum existimo, ut lex aliqua di-  
catur favorabilis, vel odiosa, spectata est materia præcepta,  
qua si convenienter sit his, quibus præcepit, favorabilis est cen-  
fenda: si autem contra sit, cuncta est odiosa. Exempla legis  
favorabilis sunt, lex apponens contractibus folementem alii-  
quam, ut fraudes evitentur, item signans taxam meritis, ne  
vita debitorum valorum vendantur. Exempla vero legis odiosæ,  
sunt leges que imponunt rectigalia, vel penas transgredienti-  
bus aliquas leges: quia his, quibus rectigalia solvantur mandan-  
tur, vel pena tibienda est, onus est, & præiudicium, eto cedar  
in aucto, utilitatem vel in utilitatem bovi communis: nam hoc  
est per accidens, alias omnes leges favorabiles esse, cum omnes  
tam parvae, quam præcepit ad bonum communem diligantur.  
Non igitur spectandus est fons legis: sed ioldum, atcendenda est  
materia legis primæ, & per se intenta. Coligitur satis aperte  
ex gloss. cap. si propri. de rescript. in 6. verbo pri. anni, vbi  
appellat favorabilem illam constitutionem, qua relectus fructus

vacatur Episcopo mortuo, quia cedit in favorem Episcopi  
defuncti, ut soluat debita, quod erat præcepit intentum etiam si  
inde dannum obveniat iis, quibus alia debebant illi fractus  
provenire. sic Coart. 2. pars. c. 11. n. 5. Thomas Sanchez plures  
refert lib. 1. de mact. disp. 1. n. 4. Ioan. Sanchez. disp. 2. 1. de legib.  
f. 8. 4. n. 12.

Oportet autem dubium est, an lex aliqua dicenda sit odiosa  
vel fauorabilis, quia non appetet, quid preponderet, iudicanda  
est fauorabilis, quia de Principe potius beneficium, quam odium  
profundendum est: & ita tradit Suarez lib. 2. de legib. c. 2. n. 13.  
cum gloss. & Bald. in 1. C. d. his, qui non possunt ad libertatem  
peruenire, verbo int. roguauerunt. Bald. in 1. punct. C. de p. d. s. circa  
finem Alexand. lib. 7. confit. 197. vide de hoc Emanuel Rodriq.  
rom., regul. q. 11. art. 6. vbi optimè explicat quæ sit lex fauora-  
bilis, & odiosa.

### P V N C T Y M III.

Quid sit ius gentium, & qua ratione à iure natu-  
rali, & ciuili distinguuntur.

1. Distinguuntur ius gentium à iure naturali, & ciuili.
2. Expl. catur differentia.

**1.** Distinguuntur ius gentium à iure naturali, & ciuili, suppo-  
nunt Doctores ex l. 1. s. 1. huius studij de iust. & iure.  
vbi traditur ius coalecente ex præceptis naturalibus, gentium,  
& ciuilibus. Item habetur Inst. de iur. natur. gent. & ciuili, §. 1.  
& 2.

Dificultas autem est, qua ratione distinguuntur: Nam quæ  
libet lex, vel est lex necessaria adstringens homines ad sui ob-  
seruationem, vel solùm accidentaliter. Si necessaria est lex  
adstringens homines ad sui obseruationem, pertinet ad ius  
naturalē, & accidentaliter, ad ius ciuile. Ergo non est medium  
inter ius naturale, & ciuile. Dicendum igitur est, ius gentium  
medium esse inter ius naturale, & ciuile, & cum virtute conve-  
nitentia habere, ita omnes Doctores infra referendi, & mani-  
festè constat ex c. 6. dis. 1. vbi dividitur ius in naturale, gentium,  
& ciuili.

**2.** Pro declaratione suppono legem naturalem, seu ius natu-  
rale illud esse, quod est insitum calibet à natura. Supponit hu-  
mana societate, & communicatione politica: nam haec societas,  
& communicatione politica posita, insitum est seruo, obedire  
domino, promovente reddere promissum, & contrahenti non  
desraudare in contractu: quæ omnia sunt de iure naturali. Quo-  
circa quæcumque aliqua ita sunt prohibita, ut nulla ratione  
possint non prohiberi, eo quod de le malo sine, à iure naturali  
prohibentur. Ius autem ciuile est quod Princeps statuit ad re-  
gimen suorum subditorum, sed ita statuit, ut possit illud non  
statuere, quia liber fuit in iure illo ferendo, illudque solum obliga-  
tive potest sibi subditos. Ius autem gentium, quod est medium  
inter ius naturale, & ciuile, affirmo esse ius, quod neque à natura  
est insitum necessariò, neque à determinato aliquo Principe aut  
regno ortum habet: sed fere ab omnibus gentibus introductum  
est non scriptura, sed vnu, & consuetudine gentium. Quod pro-  
batio inductione illorum quæ dicuntur de iure gentium. Principio  
discretio gentium & regorum divisio iure gentium introducta  
est: lex hoc iure. ff. de iustitia, & iure. nam iure naturali stante  
bene poterant omnia esse communia. Item bella, contractus, fer-  
vitutes, legatorum admisio, paces, sedera, & alia, quæ referit Isid.  
§. etimolog. cap. 4. & 6. & traduntur in c. ius gentium, dis. 1. iure  
gentium sunt introducta, quia ius naturalis non necessitabat ad  
illa commercia, bella, servitutes, &c. alia enim via gubernari  
homines possent, & de iniuris sibi factis satisfactionem recipere,  
ut bene expendit Suarez lib. 2. de legibus, cap. 19. à n. 7. & ex  
alia parte non sunt ab aliquo Principe in aliquo speciali regno  
stabilita, sed communis vnu gentium determinata. Ergo ius gentium  
est medium inter ius naturale, & ius ciuile, naturali & ciuili  
maxime conforme, & ita tradidit Iustinian. in §. ius autem Inst.  
de iure naturali, gentium, & ciuili vbi dicit, ius gentium omni  
humano generi commune est: nam vnu exigente, & humanis ne-  
cessitatibus gentes humanæ iura quadam sibi constituerunt. Ergo  
non à natura erant talia iura constituta, sed homines sibi, vnu &  
confuerunt ob necessitatibus occurrentes constituerunt. Idem  
habetur cap. omni lex. Quapropter ius gentium esti naturali ra-  
tioni conforme sit, in illaque fundetur, proximè tamen & imme-  
diatè positiuum est, & humanum: quia ab hominibus ortur, ip-  
sique vnu, & confuerunt sibi constituerunt. si Suarez sup-  
rà lib. 1. c. 1. 8. 19. & 20. Molina de iust. tract. 1. disp. 1. & 2.  
truct. 5. de iuris, dis. 9. ad finem Valent. 2. 1. disp. 7. q. 5. punct.  
2. Salas de legib. dis. 2. & 3. m. 21. Bannes 2. 2. q. 57. art. 3. Bonac.  
disp. 1. de legib. q. 1. punct. 3. n. 15.

## P V N C T V M I V.

Quot, &amp; qui sunt legis actus.

1. Quatuor enumerantur.
2. Proponitur obiectio.
3. Satisfactio obiectio.
4. Quomodo inhabilitas, & irritatio sic actus legis.

**R**espondeo quatuor enumerari à Modestino in *l. legi virtutis ff. de legisbus*. Legis (inquit) virtus hac est, imperare vetare, permittere punire. D.Th. i. 2. q. 92. art. 2. & communiter Doctores ex his verbis colligunt nullam esse legem, quae vel non imperat, aut vetat, aut permitat a iisque faciendum, aut factum puniat. & ita probat, & variis textibus exponit Azor, tom. 1. *instit. moral. lib. 3. c. 5. quaest. 5. Suarez lib. 1. de legib. c. 15. &c. seqq.*

2. Sed obiecti potest: quia aliqui ex his actibus non distinguuntur, sive alii verò ad legem non pertinent. Primum enim imperare, non videtur distinguere a vetare. Nam prohibens aliquid fieri, imperat ne sit. Ex alia etiam patre permisso, & puniendo non sunt actus legis: nam permisso non inducit obligationem quantum permisso est. Ergo non potest esse actus legis permisso. Item ponitur sit proper legem violata. Ergo iam supponit ratam legem. Ergo non est actus ipsius: alia etiam collatio primum actus legis enumerabatur, & sic plures actus legis erunt, quam quatuor enumerati.

3. Respondeo imperare, & vetare distinguunt, tanguam affirmatiuum, & negatiuum: nam esti omnis lex si in rigore sumatur, verò & propriè imperat; ex communia tamen acceptione accommodatur solum legi imperanti aliquid positivum. Verbi gratia, auditonem Massæ, largitionem elemosynæ: contra vetare, accommodatum est legi prohibenti actu, & imperanti negationem, quales sunt leges prohibentes furta, fornicationes, homicidia, & alia humitudi. De permissione autem, siue sit de bono actu, siue de malo: quia ratione ad legem pertinet posse. Dico non pertinet ad legem per se, sed concretius, quia non est lex respectu illius, cui est facta permissione, efficiens lex respectu aliorum. Nam eo ipso, quo tibi permissione aliquod malum absque punitione facete, prohibentur iudices, & omnes alii, ne te obinde vniuersitatem, aut molestent. Quod si permissione non de aliquo male sit, sed de aliquo bono; similiiter etiam prohibentur alii, ne te in eius vnu perturbent. De punitione similiiter dicendum est obligare iudices ad eius executionem, & subditos, & punitionem sustineant. Neque est simile de premio, nam licet aliquando procedat a superiori ferente legem; non tamen est necessarium ut illo semper procedat, potest enim fieri & consilium ab æquali, & inferiori oriri; id est que punitio est semper actus legislatoris, non tam præmii collatio.

4. Solùm de inhabilitate personarum ad aliquos actus, & de illorum irritatione, dubitandi potest, an sit actus legis? Ratio dubitandi est: quia ignorantes offici; quod de præceptis dici non potest. Sed dicendum est inhabilitatem personarum ad contrahendum, & irritationem actuum à lege oritur: quia lex ipsa prohibet, ne subditi tales actus validos efficiant: & licet ignorantia ligentur, quoad valorem actus, non tamen ligantur, quoad culpam. Quocirca lex irritans duo habet: & habet obligare subditos, ne efficiant tales actus, & habet obligare, ne validos illos efficiant. Hoc secundum verum habet, etiam si ignoranter procedant. Sic Suarez lib. 1. de legib. cap. 17. num. 10.

## P V N C T V M V.

An materia legis necessariò debet esse honesta, & virtuti conformis, &c de differentia inter legem canonicam, & ciuilem.

1. Proponitur ratio dubitandi.
2. Statuit omnem legem debere esse de actu virtutis, & satisfactio ratione dubitandi.
3. Expedienter differentia inter legem canonicam, & ciuilem.
4. Quando Ecclesiasticus vti debet lego ciuili.

**R**atio dubitandi est: quia plures sunt leges gubernacionis politice attendentes potius, quam morum honestat: qualis est lex prohibens actionem aduersus defraudentem infra dimidium iusti preti: concedens præscriptionem possidendi bona fide aduersus proprium dominum: permitiens meretricies, non punient occisionem adulteria, & alias similes. Item ex parte res indifferentes prohibentur. Ergo non est de ratione legis, quod sit de materia virtutis.

2. Certa tamen sententia est, omnem legem, siue naturalen,

sive canonicam, & ciuilem necessariò esse de aliquo actu virtutis: sive quia lex omnis debet esse honesta, & ratione conformis: ut dicitus in libro 5. *tymolog. cap. 2.* & referunt in e. ennis, *lex diff. 3.* tradit D.Thom. i. 2. q. 95. art. 3, sed ea quae sunt honesta, & ratione naturali conformia, ad virtutem pertinet. Ergo item finis cuiuslibet legis est, facere subditos bonos, ut tradit D.Thomus receperit ab omnibus i. 2. q. 92. art. 1. Sed non potest subditos effici bonos, nisi id, quod imperat, bonum sit. Ergo item lex humana intendit ciues suos bonos ciues scilicet, qui esse non possunt tales, nisi bonis quibus praediti sint. Ad rationem autem dubitandi facile responderetur, omnia illa ad pacem, & tranquillitatem recipiuntur perinde; quia lex ciuiles accommodat humanae conditioni, & fragilitati, cui est conueniens, & honestum impunita relinquere aliqua minoria mala, ne in maiora prolabatur.

Ex quo fit lege humana non prohiberi omnes actus vitiiosos, imò attenta hominum conditione, neque prohiberi possit; quia attenta hominum conditione est convenientis ad rectam gubernationem aliqua mala permittere, & impunita relinquere. Ergo non potest esse convenientis omnia mala prohibere, & punire: & ita docuit Salas dñs 9. de leg. seq. 2. n. 39. Suarez lib. 3. de legib. 12. n. 12. & lib. 4. c. 11. n. 3.

Neque obstat omnes actus vitiiorum à lege naturali, & diuinâ prohiberi; quia lex naturalis, & diuina attendit, quid uniuersique convenient, lex verò positiva, quid communiciat: & cum communiciati hominum convenientis sit attenta eorum fragilitate, aliqua minoria mala permitte, non potest esse convenientis omnia prohiberi.

Dices. Lex positiva prohibens ea, quæ naturali, vel diuinâ legi sunt prohibita, non addit specialem malitiam. Ergo si à legi naturali sunt prohibita, poterit lex positiva, ea omnia prohibere, cum nolum grauamen subditis inde imponat. Adeo quod peccat aduersus legem naturalen, & diuinam, dignus est non solum pena apud Deum, sed etiam apud homines; ad iudicis enim pertinet curam, ut omnes leges naturales seruent.

Respondeo legem positivam non addere specialem malitiam legi naturali; addere tamen specialem subdicionem ad penam, cui non est subiectus delinquens aduersus legem naturalen. Et licet de quolibet particulari peccato verum sit committentem dignum esse penam non solum aeterna, sed temporalis, polisque à republica imponi: at de omnibus collectivè non est dicendum convenientis esse, vt impunetur, imò potius est convenientis relinquere.

Ad illud vero, quod addebatur de rebus indifferenteribus, respondere res indifferentes, qua ratione indifferentes sunt, non est materia legis; esse tamen quatenus necessariæ, vires sunt ad finem à legiposito intentum: semper enim legislator finem habet honestum in lege ferenda; & ex huiusmodi honestate, res de se indifferentes honestatem recipiunt, ut brevè dixit Suarez lib. 3. de legib. cap. 12. à n. 16. Bonac. d. p. 1. de legib. 1. p. 5. num. 4.

3. Advertenda tamen est differentia inter leges canonicas, & ciuiles: nam licet omnes leges tam canonica, quam ciuiles honestatem, & virtutem respiciant, leges tam canonicae priuatae, & per se virtutem respiciunt, quatenus media virtute ad finem supernaturalem homines diriguntur; leges autem ciuiles respiciunt virtutem, & honestatem, quatenus ad rectam, & convenientem gubernationem conditione: eaque de causa materia legis ciuialis temporalis est; materia vero legis canonica spiritualis, ut colligit ex cap. 1. s. 1. de materia. ex ob. 2. & p. bend quidem cap. 1. Imperator. & alio 9. 6. art. & tradit doctores in cap. Bel. s. 1. de constitutionibus. & in Lomnes populis. de iustitia. & iure. Neque obstat legi ciuili prohibeti clandestina matrimonia, iuramenti, vires, incensus, & alia; que etiam lege canonica sunt prohibita, & spiritualia sunt: quia non prohibentur, quatenus impudent homines haec delicta iuvare maxime canonicas leges, & in eorum subdicioni sunt admittendae. Vide Coutar. 4. decret. in princ. n. 18. & seq. Th. Sanct. lib. 3. de matr. d. p. 47. n. 1. a. Suarez lib. 4. de legi canonica c. 11. à n. 6. & si. 99.

4. Secundò aduerso cap. iudices Ecclesiasticos vii in iuribus definiendis, & pena delinqüentibus imponenda, legibus ciuilibus. Primum si lex ciuili sit iam ab Ecclesia canonizata, hoc est, accepit: nam tunc non obligat virtute ciuili legis, sed quia est lex canonica, ut conringit in c. 1. & 2. de pos. & prop. & cap. in primis. & gloriouſ. dñs 11. & ibi glossa. Aduerit optimè Suarez lib. 4. de leg. c. 11. n. 15. cum Abbat. in e. super eo, de r. p. 4. & Felino ibi n. 3. Rebuffo. Gutierez, & alii non conferi approbatam ab Ecclesia legem ciuilem, ex eo quod Gratianus in suo decreto illam infernit, sed necessariò ab aliquo ex Pontificibus debet approbari: quia Gratianus non habuit auctoritatem leges canonicas condendi; ac proinde neque ciuiles leges canonizandi.

Secundò vti debent iudices Ecclesiastici legibus ciuilibus

in libibus definiendis, in penitentia imponendis, quando non habent leges proprias canonicas, secundum quas possint iudicare, tunc enim carum loco subrogantur leges ciuiles, ex cap. 1. de noui operis nominatiore, ibi, sicut leges non designantur iure canonum iurari: ita & sacrorum statuta canonum Principium constitutionibus adiunguntur: & paulo infra, secundum legum, & canonum statuta negotiorum non diversarum terminare, Ratio est, quia leges ciuiles sunt ratione conformes: coniugium ergo est, ut illas Ecclesiasticus lequeratur, quando proprias non habentes maiori rectitudine & aequitate procedet: & ita tradunt Doctores in supradictis. Panom. in cap. 2. de deponit, impub. Dubium tamen est, an leges proprii regni praefereantur statuta legibus imperialibus? Affirmat Bernard. Diaz, & Salzedo in predictis criminalibus cap. 14. fine, concedit Suarez de confusione, non de necessitate, lib. 4. de legib. cap. 11. n. 14. quia in iure canonico talis praelatio non praecaudetur. Ego vero existimo obligatum esse iudicem Ecclesiasticum in supradicto casu praeferre leges proprias, legibus imperialibus. Nam ex supradicto cap. 1. de opera noui denuntiationis, tenetur iudex Ecclesiasticus definiendis canonicos legibus sequi ciuiles. Ergo teneatur sequi ciuiles, que obligant in toto regno: Imperata autem non obligant, nisi cum deficiunt proprie. Ergo.

## P V N C T V M V I.

An leges ciuiles, & canonicae possint imperare actus internos.

- 1 Proponitur difficultas, ob quam Doctores affirmant legem humanam circa actus internos versari.
- 2 Nulla lex humana circa actus merè internos versatur.
- 3 Indirecè bene pessima præcipi actus interiores.
- 4 Actus internus, qui ad alium exteriorum præcepit, neque physicè, nec moraliter necessarius est, præcipi non potest.
- 5 Satis rationibus n. 1. adducta.

D E legi actina, & naturali nulla est dubitatio, cum tam potentiae exteriores, quam inferiores intellectus, & voluntatis Dei subiecta sint. Solum de lege humana ciuili, & canonica est contumacia, ag circa actus interiores versari possit. Ratio dubitandi est, quia quælibet lex humana, tam canonica, quam ciuilis imperat, vel prohibet actus humanos, & libertos: sed actus, humani, & liberti esse non possunt sine exercitio voluntatis. Ergo imperat, & prohibet actus interiores voluntaria. Et confirmo. Cum lex prohibet, non pro mercibus accipiat vita preuum taxationem, prohibet voluntatem accipientem preuum. Ergo iam lex versatur circa actus voluntatis. Item referat peccata interiora. Secundò, si lex ciuilis solum versari posset circa actus exteriores, & non circa actus internos: ideo est, quia lex ciuilis imperat, aut prohibere non potest, nisi eos actus, qui recte gubernationi, & communis paci reipublicae possint conducere, quia loùm ad hanc finem data est hæc possit. Sed ex hoc infertur, non possit imperare, neque prohibere actum extnum, nisi vi notiorum, & manifestorum, quia solus hic actus perturbare templicatum potest, & communis bono obesse, quod sane est fallum, & contra receptionem lenientiam. Ergo dicendum est, posse actus internos imperare. Tertiò homicidium, vitura, adulterium, quantumvis occidum, & lege ciuili prohibetur, etiam si puniri non possit. Ergo etiam de interioribus actibus iudicare non possit legislator, potest nihilominus eos prohibere, aut imperare. Quartò specialiter de lege canonica, iudices enim Ecclesiastici non à populo, sed à Christo Domino habent potestatem: sed Ecclesiastus Dominus non solum in actus exteriores, sed etiam in internos potestatem habuit. Ergo potuisse hanc potestatem suis fidelib[us] tenui queat, in d[icitu]r secundum e[st] relectam esse. Præb[us] hanc consequiam, quia verba, quibus reliquit hanc potestatem generalia sunt: Quodcumque ligaueris super terram, erit fulmen in celo. Et quod unius foliueris super terram, erit fulmen in celo. Ergo non debent limitari ad actus exteriores, cum potestatis concessio latè sit interpretanda, v[er]o fautor Principis non in destructionem, sed in adiunctionem animatum concilii. Item abolitum peccata interiora, dispensatio in votis merè internis, excusantem delinquentes, si odio, vel amore iniuste procedant, vt constat ex Clement. 1. §. 7. v[er]o, de hereticis, vbi Inquisitores omni tentes ex odio, vel amore turpis luctu procedit contra aliquem ex causa fidei excommunicantur, & in Clement. 1. de flatu monachorum, excommunicantur monachi Benedictini ad curiam accedentes animo accusandi. Præstatum: quæ conditions omnino esse possunt interiores, & nemini manifesta. Item præcipit Ecclesia sacramenta recipi cum recta dispositione, hoc est, absque conscientia peccati mortalis. Ergo præcipit contritionem, qui actus merè internus, & supernaturalis est. Denique præcipit Ecclesia recitationibus officium diuinum attentionem in oratione, ex cap. dolenze, de celebrazione missarum, & recipientibus beneficium cura, ut in testimonio afflumenti sacerdotum intra annum, alias fructibus Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars 1.

beneficij eos priuat, ex cap. commissa, §. ceterum de electi, in 6. Denique potestas Ecclesiæ est potestas spiritualis, quæ respicit bonum animalium, & supernaturalem finem, à quo per peccata merè interna maxime separantur.

Propter hæc multi centent legem humanam versari posse circa actus merè internos, specialiter si canonica sit, docuit glossa in cap. cognitionis de penit. dis. 1. Et in Clement. 1. de haret. §. verum, verb. de eo ipso, Medina C. de oratione, 9. 15. de hac re, Rosella verb. obsoletis, n. 28. Et 29.

Alii Doctores sub distinctione procedunt. Affirmant namque non posse humanam legem, circa actus merè internos versari, si per se lumentur: ut quorū actui exteriori coniunctur, etiam per accidens, & ex arbitrio operantis coniuncti sint, posse circa illos versari, sic docuit Soto lib. 10. de insit, quest. 5. art. 5. Corduba lib. 4. quest. 13. Couart, in regul. peccatum, 2. part. n. 7. Caetan. sum. verb. excommunicatio, cap. 3. & verb. hora, §. 3. Angel. verb. hereticus, n. 2.

2 Dicendum tamen est primò, non posse ciuilem, aut canonica legem circa actus merè internos versari. Et de lege ciuili certum existimat, cum hæc à potestate populi ortum habeat, & populus non possit dare iurisdictionem supra id, quod sibi est omnino incognitum, & in quo nullam inter se cives communicationem habent, neque bone communis obesse; aut potest potest: propriæ dicit Seneca 3. de beneficio, relatus à D. Thoma 1. 2. q. 104. art. 5. corp. obnoxia esse, & adscripta dominis, mense autem sui iuris esse, quasi diceret, in actibus mensis nulli hominam debet subiecctionem. De lege autem canonica probabilis censeo, non posse versari circa actus merè internos, non quia Christus, Dominus non potest suæ Ecclesiæ potestatem relinquere, sed quia credo relictam non esse, quod mihi persuader: quia potestas haec facienda legem data est primò, & per se ad rectam Ecclesiæ gubernationem, sed Ecclesia visibilis non recte gubernatur actu inutilibus. Ergo non pertinet ad rectam Ecclesiæ visibilis gubernationem actus interior inutilibus. Item potestas legislativa conjuncta esse debet cum potestate punitive, ut dixit Aristot. 10. Ethic. c. 5. qui eni[us] leges ferre potest, potestatem debet habere puniendo transgredienses illarum: puniendo, inquit, non solum per ipsam legem imponendo penam ipso facta transgressoribus: sed per sententiam cognoscendo de delicto, & de pena imposta, hoc enim conueniens est, & maxime necessarium ad obsequationem legum, sed in Ecclesia non est potestas puniri per sententiam actus merè internos, quia nequit illos Ecclesia cognoscere, & indicare, homo enim videt solum ea, que patent: Deus autem intrutus cor: & ita traditur in cap. sua nou. c. fons tuus, de simonia, & alibi cap. Ergo cum cognitio delicti, & iudicium ipsius ad punitionem debet necessariò præcedere, efficitur, non posse actum interiorum, Ecclesiam puniri, & consequenter neque imperare: sic docuit D. Thom. communiter receptus 1. 2. quæst. 91. art. 4. Et quest. 100. art. 9. Nauar. sum. cap. 27. n. 17. Et in cap. cognitionis de penitent. dis. 1. n. 9. Et in cap. si quis non dicit, endem dis. 1. n. 8. Suarez plures refutans, & latè probans, lib. 4. de legib. cap. 12. n. 4. Et lib. 3. cap. 13. à n. 1. Salas disp. 9. sect. 1. n. 30. Azor. tom. 1. infinit. moralium lib. 7. c. 10. Valquez 2. tom. disp. 160. cap. 1. Valent. tom. 2. disp. 7. q. 3. pun. 2. Et Bonacina disp. 1. de legib. quest. 1. pun. 5. & alij plutes ab eisdem relati.

Dico secundò, potest humana res publica, & Ecclesia suis legibus actus interiores indirecè præcepere, si per se coniuncti sunt, cum actibus exterioribus præceptis: dupliciter autem esse possum coniuncti. Primo, si necessarii sunt ad actus exteriorum imperatos faciendo, vel omitwendos: & secundum hanc rationem clarum est posse præcipi actum internum, si enim lex præcipiat vendere merces, contractum celebrare, tributa solvere, taciè præcipit voluntatem habere hæc omnia faciendo; quia sine tali voluntate hæc fieri non possunt, & in hoc nullus est, qui dissentiat, quia rite non præcipitur actus interiorus per se, sed per accidens, quatenus ad extnum sufficiendum necessarii est. Additale talum actum internum sufficientem extero manifestari. Secundo modo coniunctus esse potest actus internus cum extero, quatenus necessarii est, ut actus extenus non in esse physico, sed in esse moraliter constitutur, sive enim actus interior ad exteriorem hoc modo necessarii est, ad contractum enim legitimum requiriunt intentio contenendi, & secundum probabilem fatus sententiam voluntas se obligandi: ad orationes vocalem intentio, & attempo: ad ministracionem sacramenti intentio faciendo, quod facit Ecclesia. Quando ergo actus exterior actum interiore hoc modo requirit; si Ecclesia, vel res publica præcipiat talum actum exteriorem simul & interiore, censetur præcipere, & tunc præcepit non solum in rem exteriorem cadit, sed etiam in interiore non per se, sed quatenus forma est actus exterioris. Quod autem præcepit talis actus exterioris facultatem Ecclesia, vel res publica non excedat, inde probatur, quia humili modi actus exteriorum pertinent vel ad humanam, & politiam gubernacionem, vel ad religiosum cultum Deo debitum, quis enim negare potest obesse res publica contractus fictos, & fraudulentos esse? & quis negabit ad cultum religiosum pertinere

pertinere veras orationes fundete, & non fictas? & sacramentorum confectionem veram esse, & non iuritoriam? Ergo cum ad hanc omnia actus interior necessarius sit, ex praepcto actus exterioris & interior censetur praeceptor: & ita tenet, & latè probat Suarez lib. 4. de legib. cap. 13. à 2. 5. Salas n. 14. Valq. cap. 5. Bonacina n. 8. & 9. videtur manifestè definit in cap. de lente, de celebratione Missarum, vbi mandatur officium diuinum, studiosè, attente, & deuoto dicere.

4. Dico tertio, quoties actu interior necessarius non est ad actum exteriorem physicum, neque moralem efficiendum, sed per accidens cum nullo coniungitur, nequit Ecclesia talem actu interiorim imperare, si Suarez supradicte num. 14. Rato. Quidam tunc vere, & propriè, & directè præcipere actu interiorim, siquidem exterius tam in esse physico, quam morali independens est ab illo actu interiori. Imperat autem talem actu interiorum non videatur necessarius ad rectam Ecclesie gubernationem, neque in illo fideles communicare possant communione viabilis. Ex quo fit nunquam Ecclesiam præcipere fidelibus, vt in oratione fundenda hanc, vel illam intentionem habeant, quia hoc est præcipere directè actu interiorum: solum enim præcipit in necessitatibus orationes fundere, ieiunia sustinere, elemosynas erogare, sed nihil de speciali intentione, & fine. Quod constat: nam si quis ieiunaret, oraret, & alia bona opera faceret ob vanam gloriam, vel ob aliquum prauum finem, non peccaret aduersus legem Ecclesiasticam. Ergo signum est nunquam præcipi actu interiorum qui per accidens est exterio coniunctus.

5. Neque obstant in contrarium adducta.

Ad primum cum eius confirmatione respondeo legem humanae prohibere posse actu interiorum, non per se & directè, sed indirectè, & per accidens, & quatenus est causa actu exterioris, prohibens enim actus exterioris prohibere consequenter apponere causas efficaces illius: & econtra imperans actu exteriori fieri, imperat apponi causas ad illius executionem necessarias, & remouere illius impeditus: quod non est propriè habere iurisdictionem in actu interiorum.

Ad secundum nego solum actu extreñum, notoriū, & manifestū perturbare rem publicam posse, & communī bono obesse: quia quilibet actu exterior malus, quantumvis occultus, hunc effectum habere per se potest, esto de facto non habeat, quod est per accidens, & extra eius naturam, que cognoscibilis est. At actu interior non solum de facto communī bono non obest, sed neque per se obesse potest, cum per se ab hominibus incognoscibilis sit. Que autem per se, & natura sua cognoscī ab hominibus possunt, rectè eius iurisdictioni subduntur, secus verò, quæ per se, & natura sua incognoscibilis sunt.

Ad tertium dico viuram, adulterium, & homicidium occultum prohiberi à lege humana, & puniri per se posse, esto per accidentes non puniatur, dum est occultum.

Ad quartum nego Christum Dominum concessisse Ecclesie potestatem præcipendi actus merè internos, quia non erat hæc potestas, necessaria ad rectam Ecclesie gubernationem, sicut neque tradidit potestatē illos puniendi, quia non erant per se cognoscibilis: tradidit autem potestatē ligandi, & solvendi sacramentaliter delinquentes actus merè interno, quia hæc potestas ad rectam Ecclesie gubernationem pertinet, quia Ecclesia non solum attendit bonum, quod est commune fideliū, quatenus inter se comunicant, sed quæcumus bonum est cuiilibet; ad cuius respectum erat maximè necessaria potestas ligandi, & solvendi actus interiorum, quibus a fine supernaturali homines recedunt. Hæc tamen potestas non est potestas iurisdictionis contentiose, sed voluntaria, que in commodum subdit, & ex consensu illius habetur: potestas autem legem ferendi, quia non requirit consensum subdit, neque bonum illius speciale respicit, sed commune, ea de causa non potest circa actus internos versari.

Ex qua doctrina facile obiectio bensatisfaci potest. Concedo, inquam, directè absoluere sacerdotem peccata merè interna, eti non sine signo aliquo externo manifesta dummodo ea confessori penitentis declarat, quia absolvit in iurisdictione data à Christo in bonum fidem: similiter etiam dispensat in votis, & iuramentis merè internis, quia nomine ipsius Dei dispensat, & in causa, quæ inter hominem, & Deum agatur; quod non est consequens ad legem. Ad illud verò de excommunicatione respondet, eti moueri odio, vel amore, cognosci ab hominibus non possit certò; probabiliter tamen, & mortaliter cognosci potest, quod sufficit, vt puniatur Vafq. disp. 160. e.3. Salas de legib. disp. 9. sect. 1. n. 8. & 9. ex istimam puniri non possit censura, nisi quatenus exterior moraliter manifestatur. Addic nos puniri delinquentes ob actu interiorum præcisè, sed ob actu exteriorum tali conditione effectum, scilicet procedentem ex odio, vel amore: quod non est extenso potestatis, sed potius restrictio illius, potestatē ob actu exteriorum præcisè puniri, cum malus sit, vt suppono. Ergo cum ad punishmentem expostulatur, vt actus exterior malus ex odio, vel amore procedat potius limitatur pena, quam extenditur, siquidem non omninem actu exteriorum afficit, sed illum, qui tali condizione affectus est, sicuti limitatur, cum excommunicatione feratur, in de-

linquentes scientes, poterat enim ferri: et si non scientes delinqüent, sed contra delinquentes absolutè. Eodem modo responderetur ad exemplum monachi Benedictini accedens ad curiam intentione accusandi Prelatum, poterat enim excommunicati, etiam si hac intentione carceret. Ergo non extenditur, sed potius vius potestatis limitatur.

Ad illud de lactamentorum receptione, existimo probabilius non præcipere Ecclesiam suis fidelibus rectam dispositionem habere, hoc enim relinquit diuino præcepto, quod obligat sancte tractare. Recitantis præcipit attentionem, quia non potest esse oratio exterior, sine intentione, & attentione, sicut in recipientibus beneficium curatum, postulat intentionem recipiendi intra annum sacerdotum, non in vi solius præcepti, sed in vi conditionis, vt applicet fructus, & beneficium retinet, cum eam Ecclesia dominia, seu administratrix sit beneficiorum potest sub illa, vel illa conditione beneficium conferre: vna autem ex conditionibus est, vt voluntatem efficacem habeant assumendum sacerdotium, qui beneficium recipiant. Si ergo illa voluntate caret, deficient in conditione requisita, neque facient fructus suos, neque possunt beneficia retinere, sicuti cum Ecclesia indulgentias distribuit operantibus aliqua opera, sub hac, vel illa intentione, si illa caret, non lucratur indulgentias: & hoc non est legem ferre de actu interiori, sed nolle beneficium tribueret, nisi sub conditione aliquis actus interioris: quod optimè probant Azor. & Suar. sup. Addic cum ex præcepto diuino teneat beneficium aliquo tempore ordinari, poterit Ecclesia determinare diuinum præceptum, vt inca annum ordinetur, sicuti facti in præcepto confessionis, & Eucharistie.

Ad ultimum factor potestatē Ecclesie ad ferendas leges, esse potestatē spirituale: tum quia à Christo Domino præcessit: tum quia ad bonum animatum ordinatur, & in materia sacramentorum, & virtutum supernaturalium versatur. Sed non inde inferatur esse potestatē ad actus merè internos, quia hæc omnia recipiunt hæc potestas, quatenus fides inter se conuenient, & vnum corpus componant, ad illiusque rectum regimen conduceat potest: quæ omnia exteriora debent esse, & per se cognoscibilis:

#### P V N C T V M VII.

An lex vt obliget, requirat scripturam, vel aliam formam, & quæ hæc sit.

- 1 Legem expostulare scripturam ad sui constitutionem, qui affirmat, & quomodo probent.
- 2 Defendit communis intentione necessariam non esse scripturam.
- 3 Limitatur, nisi ex consuetudine, aut alia lege anteriori alter statuuntur sit.
- 4 An consuetatis legem præcedere debent.
- 5 Deciditur necessarium non esse.

**D**e lege externa, & naturali nihil est dicendum, cum certum sit legem aeternam solo actu diuini inselectus, & voluntatis constitui: naturalem vero cognitione honestatis, vel turpitudinis. Solum de lege humana canonica, & civili est contouerter, quo signo sensibili constitutenda sit?

Et quidem signo aliquo sensibili constitutendum esse nemini est dubium: quia est præceptum humanum ab homine in hominem directum, quod nisi sensibile sit, cognoscī non potest. Hoc autem signum debet esse scripturam, tradidit Abaricus, Salicer, Clofia, & Archidiacon. relati à Felino in rubr. de constitutionib. Beroius in supradicta rubr. testatur esse communem iuriū civilis interpretatum: & tradidit plures referens Turcereemata in cap. lex, distin. 1. art. 2. Mouentur, quia lex eiudatur in scriptam, & non scriptam, §. constat, In sit, de iure naturali, genitum, & ciuiti, quia aliis est lex viu, & consuetudine introducta, alia quæ sit per constitutionem. Lex ergo, quæ per consuetudinem introduxitur, scripturam non requirit, vt de eo constat, & tradidit in fine scripto, ibi, sine scripto ius venit, quod vius approbat, ut lex quæ constitutione, & decreto Principis sit, scripturam requirit, ex cap. lex est, cap. ius generale, distin. 1. ibi, lex est constituta scripta. Idem tradidit in cap. consuetudo, & alii. Ratione autem probatur, quia lex debet esse permanens, & stabilis, & si voce, vel alio signo transeunte proferatur, stabilis esse non potest. Ergo. Item debet esse clara, & distincta, & regula actionum, quod vocibus, vel aliis signis non facile accommodatur. Ergo.

**N**ihilominus communis sententia Canonistarum, & Theologorum est, ad legem constitutandam non esse necessariam scripturam, sed vocibus, vel aliis signis posse. Principem ferre legem: esto conueniens maximè sit, ut non unquam ferat nisi scriptam, si docuit Felinus, & Beroius sup. Azor. t. 1. inst. mor. lib. 5. c. 2. q. 4. Suar. lib. 1. de legib. c. 11. fin. & lib. 3. c. 15. n. 6. & lib. 4. cap. 14. initio. Selua tr. de beneficio, c. 22. n. 14. Valent. t. 2. disp. 6. q. 1. pun. 2. Salas disp. 1. de legib. c. 9. n. 64. Bonacina disp. 1. de legib. q. 1. p. 4. n. 39. & alii plures ab eidem relati.

Probo,

Probo, quia ad rationem legis requisita non est scriptura ex natura rei, quia solum potest requiri, ut subditis voluntas legislatores manifestetur: ut manifestari optimè potest vox, vel alio signo sensibili. Ergo scriptura non est simpliciter necessaria. Quod videtur manifestè probari ex preceptis latius à Christo Domino, & ab Apostoli tempore naçensis Ecclesiæ, que sine scriptura, sed sola predicatione, & publicatione illumine incepimus obligare. Neque etiam est necessaria ex iure aliquo positivo, nullibi enim extat tale ius. Nam que referuntur ex fidoto cap. lex, c. consuetudo, o. cum probant legem conscientiae latam frequentem scriptum fera, non tamē est hoc necessarium, cum in supradicto c. consuetudo dicatur de legi, non diffire legem, sine scriptura, sine ratione constitut: que ratio legem committit. Neque conditio de stabilitate hoc potest, siquidem in hominibus membris moraliter permanere lex potest, solo verbo prolatæ, sicuti permanet preceptum superioris, etiam per actum transiunctum latum fuerit, & non leviter colligitur ex c. 1. de iure, i. 6. vbi iuramenta, fatura, & consuetudines Ecclesiæ, sine scripta, sive non scripta, praincipiunt obseruantur, & c. institutionis, 25. q. 2. dicuntur, Institutiones nostra decreta, sine que scripto determinamus, sine que in nostra præsentia videtur esse disposita, nullum ex quavis occasione consulenti, aut irritanti, contentum ibi. Glossa verbo præsentia. Addit ex iure etiam cuius non requiri scriptum ad legem nam in q. sed & quod constitutum est, ex iure naturali genium, & cœli, dicitur: Quodcumque ergo Imperator per epistolam constituit, vel cognovit decrevit, vel editio precipit, legem esse constat. Ergo ad rationem legis neque ex iure canonico, neque cuius scripta necessariò requiritur. Argumenta pro contraria sententiam solum p. obam, vi diximus, legem si cœquenter, & conuenientem fieri scripto, quam voce, vel alio signo.

3. Limitanda tamen est hæc doctina, nisi ex consuetudine, aut alia legi anteriori decretum sit legem non valere, nisi scripta proferatur i. rite cum non erit constituta lex, quovis scriptis mandetur, nisi fore legislator potestet habeat derogandi consuetudinem, & vellet sua legi non scripta derogare, quod necessariò debet manifestare, alias vim non habebit, sic Suarez lib. 3. de legib. cap. 15. n. 6. fin. Bonacina cap. 1. q. 1. p. 4. n. 6. Salas 7. 28 ad finem.

De priuilegiis vero scriptis, & gratis à Principe concessi, quia ratione expofulunt concedi in scriptis, ut effectum fortianum, cum de priuilegiis eis sermo dicitur.

4. Rursum dubitari posset, an Princeps necessariò debet consulete prudentes, & doctor, priusquam legem ferat? Ratio dubitandi est, quia leges sunt, c. res magni momenti, & quae indiget magna consideratione, ne error committerat, impetrando ea, que honesta non sunt, neque reipublica convenientia. Quapropter in I. humanum, C. de legibus, dicitur, si in posterum nova lex fuerit, eam ab omnibus proceribus tractari debere, & si enique placuerit, tunc dictari, & collectis omnibus recenti, & cum omnes concenserint, in sacro imperatoria confititione ratificari poterit. Requirit ergo communis viri oratione prudens ad legem ferendam.

5. Dicendum tamen est absque consilio, & consultatione prudenter, posse Princeps ferre legem, quia consilium solum requiritur ut medium, ad inqüigandum, sive talis lex reipublica convenientia: sed hanc convenientiam ipse Princeps arguit potest per se ipsum. Ergo non necessariò expofulat consilium prudenter. Dices ex iure positivus, hoc esse postulatum ex supradicta I. humanum, C. de legibus. Sed contra quia (v. dicit Suarez lib. 3. de legib. cap. 1. sum. 3.) prædicta leges non actuantes Imperatores ex nec. statute, sed ex beniginitate: tum quia ipsi suis legibus actiati non possunt: tum quia posse fecunt dispensare: tum etiam, quia possent talem legem mutare, vel abrogare. In iure autem canonico nullus existet textus, talis consilium necessariò expofulans. Ergo non est affirmadom: & ita doceat Suarez suprà cum Bartolo, in I. omnes populi, ff. de legibus, & lalona, in I. ff. de constitutionibus Principum, num. 3.

### PUNCTVM VIII.

An ex prolatione sententia datæ à Principe in aliqua causa intelligatur lex constituta ad similes causas decidendas.

1. Sententia declarativa legis, vim legis habet.
  2. Sententia decisiva litis non habet vim legis, quomodo præberit.
  3. Proponitur communis sententia affirmans sententiam decisentem item habere vim legis.
  4. Apportionatur limitatio, ut intelligatur de sententia definitiva.
  5. Quid sit dicendum.
  6. Idem quod dicitur de sententia, intelligendum est de epistola & referto Principe.
  7. Quid de sententiis maristratum Principi inferiorum.
- Ferd. de Castro sum. Mor. Pars I.

**D**upliciter legislator sententiam ferre potest in aliqua speciali causa, alia quæ sit declaratio legis à lege, alia quæ solum sit decisiva litis, secundum leges à le, vel à iure diuino, & naturali statuas. Si sententiam ferat de declaratio legis à le, vel à suis prædecessoribus latas, & si tal declaratio legem nouam non constitut: at efficit. ut lex illa declarata obliget secundum sentium sic expressum: quia lex obligat secundum voluntatis, & intentionem explicitam legislatoris, quæ voluntas, & intentio illa declaratio sufficiens manifestatur, & in hoc omnes conuenient.

**S**oijum est difficultas de sententia decisiva litis, an eo ipso ad similes causas decidendas pro lege habenda sit? Negat Coartatu, 4. decret. 1. p. c. 7. §. 4. n. 1. s. quia in decidenda ita aliquae causæ particularis non attendit. Princeps Bonum commune, sed speciale aliquem. Ergo ex vi illius decisionis non est censendus legem statuere. Deinde, quia lex præceptiva non versatur circa materiam præteritam, sed circa futuram, quia inducit obligationem in subditis aliiquid efficiendi. Et contra videtur: c. 1. de decisio. 1. de iure, i. 6. vbi iuramenta, fatura, & consuetudines Ecclesiæ, sive scripta, sive non scripta, praincipiunt obseruantur, & c. institutionis, 25. q. 2. dicuntur, Institutiones nostra decreta, sine que scripto determinamus, sine que in nostra præsentia videtur esse disposita, nullum ex quavis occasione consulenti, aut irritanti, contentum ibi. Glossa verbo præsentia. Addit ex iure etiam cuius non requiri scriptum ad legem nam in q. sed & quod constitutum est, ex iure naturali genium, & cœli, dicitur: Quodcumque ergo Imperator per epistolam constituit, vel cognovit decrevit, vel editio precipit, legem esse constat. Ergo ad rationem legis neque ex iure canonico, neque cuius scripta necessariò requiritur. Argumenta pro contraria sententiam solum p. obam, vi diximus, legem si cœquenter, & conuenientem fieri scripto, quam voce, vel alio signo.

**S**ed nilominus communis est sententia viri que iuri interpretum sententiam decisivam litis cum cognitione causa interpetes legem constitutæ ad similes causas decidendas, sic plures inveniunt Ludovic Gomez in proximia ad reg. Cancelleria. Feili in rub. de recrips. n. 1. lalona. I. ff. consit. princ. n. 1. & in I. ff. de feris. 23. & 24. gloss. I. C. de legibus. Mouentur praincipiū ex supradicta leg. vi. quæ non videtur posse intelligi solum de sententia declaratoria legis, sed necessariò intelligenda est de sententia decisiva litis: tum qui requirit cognitionem causa & partium praefectionis quæ ad declarandam legem necessaria non erant, cum in absentia partium, & sine cognitione illius facti lex declarari poterat.

Respondere posset, verum esse legis declarationem non exceptuare illam causæ cognitionem, & patrum praæficiam: at ex illa, occasionem legislatorum sumptuose ad suam legem declarandum. Sed contra, quia legislator de censens licet, ratio legem suam interpretatur, sed potius legem naturalem, & iuxta illam sententiam ferit. Ergo si sententia decisiva inter partes vim legis habere debet, de sententia decisiva litis intelligenda est, ut ipso frequentior. Quando autem lex 2. C. de legibus, affimat statutum Princeps vim legis non habere (dicit communis sententia) intelligi debet de statutis priuilegiatis, quæque in faveorem particularum personarum conceduntur, quæ nullo modo legis vim sortiri possunt, cui modo dicendi consensit Suarez lib. 3. de leg. cap. 15. n. 1. fine.

**4.** Hanc communem sententiam limitant aliqui, ut solum procedant in sententia decisiva, & vltimum definitiuum litis, non in sententia interlocutoria. Sed fruola est hac distinctio: nam etiam sententia interlocutoria procedit ex causa cognitione, & inter partes. Ergo haberi debet pro lege, siquidem sententia definitiuum litis ideo ut lex habetur, quia procedit cum cognitione causa, & inter partes. Adde sententiam interlocutoriam illa etiam in illo punto decisum, & vltimum definitiuum. Item sapere sententia interlocutoria in corpore iuriis inseruit, & tanquam lex constitut. Denique hoc videtur decisum in I. ff. de cons. princip. vbi dicitur, quod Princeps de plano interlocutori est, legem esse.

**5.** Mihi vero dicendum videtur, opinionem Couart. in rigore veram esse, nullam scilicet sententiam decisum ex episcopate, quod decisiva sit, pro lege esse habendam: sic tenet Suarez num. 16. Hoc mihi persuader ratio suprà alata, quia sententia decisiva non recipit communem bonum, sed speciale, & non futurum, sed præteritum, vel iam præexistens inter partes, vel etiam clarius dicam, sententia decisiva litis est applicatio iuri parti, potius quam alteri, non constitutiva aliquius obligationis in populo. Adde sapere sententiam decisum, si ex propria opinione procedat, poterit errorem continere, quemlibet contingere illa sententia, in qua iudicatum fuit matrimonium ratum dissolutum per sublegans consummatum, cuius mentionem fecit Alexand. III. in cap. licet, de sponsa diuorum, & qualem contingat illa sententia, cuius meminit Innocent. III. in cap. quarto, de diuortio: vbi definiebat matrimonium iure fidei baptizatos non dissolui per hanc, aut apostoliam à fide, licet quidam prædecessor noster sensisse ait videatur. Ergo sententia lata à Pontifice non haberet ex se vim legis. Quocirca, ut sententia decisiva litis vim legis fortior sit, debet Princeps aliquo alio signo id declarare, quale esset, si in corpore iuri mandaret sententiam illam inferi, aut alia sol. mni forma publicari, hac enim ratione dubium non est sententiam decisum habere posse vim legis, siquidem leges iuri canonici

DE  
ASTRO  
PALAO  
TONI.

ex huiusmodi sententiis principiū constituantur: & deciditur exprestē in cap. causis, dñe indicat: ibi, cū mīn similitib⁹ causis ceteri cōtentant similitib⁹ indicare, & hoc modo sententia lata à Pontifice, & vniuersali Ecclesiæ proposita errorē non poterit concinere.

6. Quæ dicta sunt de sententiā, eodem modo locum habent in epistola, & recipi p̄ Principis, habere quidem vim legis si declarata propria leges, ut deciditur in l. 1. ff. de confit. Prince. ibi, Quidcunque In p̄ator per epistolam constituit, vel editio præcipit, legem esse constat: & sumitur ex secunda parte lugra dictæ legis vlt. C. nō legib⁹, sic alii relata docet Suar. lib. 3. t. 15 fine Si vero opinione propria interpretante ius naturale aut diuinum, respondat Princeps constitutio, leg. s. vim non habent eius recipi, nisi aliquo signo sufficiens manifeste se tale responsum velle pro legi habeti, quod præcipue locum habet, quando tale responsum aduertatur iuri commenti, tunc enim præsumendum est Princeps non voluisse legem statuere, sed priuilegium concedere, & cum aliquibus dispensare, sicutque cap. pastoralis, de fide instrument.

7. Sed inquires, an que dicta sunt de Princeps, & legislatoris supremi sententiā, & recipiō, dicendum etiam sit de sententiā alieius magistrarii illi subiecta casu, quo potestat habeat pro sua prouincia leges ferre, qualiter habent Episcopi in suo Episcopatu? Breueri respondeo eum Suarez supr̄ illo cap. 15. n. 18 & lib. 4. c. 14. fine n. 13. Si sententia, vel responsum magistratus sit declaratiū iuris totius regni, nequaquam vim habet legis, etiam in sua prouincia, quia talis interpretatio nequit esse communis omnibus prouinciis, cùm non procedat ab habente in omnes potestat. Inordnatum autem est legem communem in via proutiā vnam sensum habere, & non in alia. Ergo non est credibile, talem potestatē a legislatore supremo concedi. Si vero responsum, seu sententia sit non contraria iuri commenti, neque illius declaratiū, sed explicit solum quid libi videatur in illa causa iuri naturali, diuisio, vel communī regni conforme: tunc dicendum est, legis vim habere posse, si ipse velit: explicare autem debet haec voluntatem aliquo signo publico, alias intra limites cuiusdam particularis sententiæ, vel responsi manebit.

## P V N C T V M I X.

Quibus verbis lex, seu præceptum constitutum intelligatur.

1. Debet esse, quæ sufficienter exprimant voluntatem legislatoris.
2. Expenduntur verba præceptum indicantia.
3. Quid dicendum de verbis imperatiū modi, & in actu exercito præceptum indicantibus.
4. Ex recepta consuetudine aliqua verba inducent grauem obligacionem, quæ se non videbantur inferre, & aliqua non inferunt, quæ ex se inferre videbantur.

1. **C**onsum est apud omnes, ea verba esse debere ad legis constitutionem, quæ sufficienter exprimant voluntatem legislatoriū, id est res gravis, & subditis onerata. Quapropter in casu dubio, ac verba aliqua præceptum, & legem imperatiū, an consilium, & exhortatione: repudiat a sua consilium, & non legem, ut docet Caſtro lib. 1, de lego penal. cap. 5. document. 4. & docet Sanchez lib. 6. in Decalog. cap. 4. num. 27. & 66. & nos diximus tract. 1. de conscient. disp. 4. p. 7. Et generaliter quoties verba legis intelligi possunt de obligatione veniali, non debet ad mortale extendi, quia semper in dubio, & in pennis benignior interpretatio facienda est. Interpretatione, & l. 3. Præses. ff. de penas, & habetur regul. in panis de regul. iur. in 6. & tradit Saytus lib. 3. clausi regia, cap. 7. num. 29. Nauar. sum. cap. 2. num. 50. Sanchez lib. 6. in Decalog. cap. 4. num. 76. His positis.

2. Verbo, que præceptum, & legem affirmatiū significant, sunt præcipiū, iubeo, impero, mando, que legem prohibeant, sunt, prohibeo, iubileo, veto, interdictio, sic Azor. tom. 1. in libro 2. num. moralium, lib. 5. c. 6. q. 5. Valsquez 1.2. disp. 15. cap. 3. n. 22, Suar. lib. 3. de legislat. c. 1. n. 6. plures referens Thomas Sanchez lib. 6. in Decalog. c. 4. n. 3. & constat ex cap. ex his de verborum signific. in 6. & Clement. exiit de paradise, de verborum signific. Neque audiendus est Emanuel Saà, verbo lex. p. 6. Azor. supra dicentes verbum iubeo, vel mando, præceptum graue non importat, quia vt bene probat Thomas Sanchez. Valsquez, & aij sepi. 1. item protulit significat, ac præcipio & impero.

Alia sunt verba superadiūtae & equivalentia, quæ præceptum de se important: haec sunt enim dictiū, tenentur omnes, obligantur omnes, nemini licet, nemo possit, & generaliter omnia illa verba, quæ necessitatem important: tradit Valsquez cap. 3. num. 21. Suarez num. 6. Sanchez lib. 3. 38. quia cum his verbis non intendat legislator inducere necessitatem naturalē, sed solū mortalem, & obligatoriā, infertur velle præceptum imponere.

De verbo debo, estli alicui Doctores sentiant debitum honestatis, & non necessitatis importare: at communis sententia docet nec sitatem Imperii propriū significare, sic Valsquez disput. 18. cap. 3. num. 21. Sanchez lib. 4. de matrimon. disp. 23. num. 22. & lib. 6. in Decal. cap. 4. num. 36. Secus vero dicendum de verbo oportet, hoc enim honestatem, & convenientiam rei declarat, non imperium, Suarez num. 10. Sanchez num. 37. estli Nauar. summa c. 2. num. 53. sāa verbo lex. num. 6. Tolet. n. fin. sum. de peccat. mori. cap. 2. 2. num. 2. & alii relatū a Sanchez supr̄, contra sentiant.

Verba communia, & indifferēta præcepto, & exhortationi, sunt: voluntus, decernimus, ordinamus, statutus, monemus, hor-tamur, intendimus, facimus, ordinamus, statutus, monemus, & similia; prout bene probat Sanchez n. 40. Azor. Valsquez Suarez supr̄.

3. De verbis autem imperatiū modi, & in actu exercito præceptum indicantibus; dubium est inter Doctores: an ab initio prolatā præceptum continant? Hæc sunt, facie, caue, solute, solutio, ablineam omnes, nemo audiet, & Caſto lib. 1. de lege p. 1. cap. 5. docum. 4. Caſter. 2. 2. q. 5. 166. art. 9. circa. foliū ad 2. Carbon. de leg. lib. 7. disput. 4. ad fin. existimat præceptum non continere, Nauar. vero cap. 23. num. 49. Emanuel sāa verbo lex. n. 6. Saytus in clausi regia, lib. 3. cap. 7. n. 16. solum importare obligationem sub veniali non sub mortali.

M bi placet sententia Thomas Sanchez n. 39. standum in hac parte esse confunditū rigorū, quod si de hac confunditione non constat, accendamus esse materiæ gravitatem, & necessitatem, que si magna sit, & graviter a legislatore fuerit pondera-ta, sententia sunt illa verba præceptua esse. In dictis autem Conciliorum, & summorum Pontificum, fore semper accipienda sunt, ut dixit Valsquez 1.2. disp. 15. c. 2. n. 24. Bonacina disp. 1. 9. 1. part. 7. 8. 4. num. 10. Et probari efficaciter potest primo, ex Clement. exiit de verborum signific. item quia verbi, non uerbi, sibi ex materia gravitate, ex humi modo verbis, ait Pon-tifex. colligendum esse præceptum & tradidit Abbas. Felic. 4. mola, Anton. & alii in cap. nam concipientiam, in fine de constit. Secundo probatur ex decreto Trident. s. 13. cap. 5. & 7. vbi Sacerdotiū celebranti non præmissa confessione, ob inopiam Confessoris, præcipit quampliū possit confiteri. Quod præcep-tum non aliis verbis statutum, quam imperatiū ibi. Quod si necessitate urgente sacerdos absque præmissa confessione celebrauerit, quampliū confiteatur. Tertio in decreto Clement. VIII. de casu reformatione, latum est præceptum, ne superioris pro tempore existentes virunt scientia confessionis ad exteriorem gubernationem. Quod præceptum his verbis imperatiū pronuntiatum fuit. Dicitur enim ibi, Conveni diligenter, ne ea notione, quam de aliorum peccatis in confessione habentur, ad exteriorem gubernationem videntur. In quibus verbis esse præceptum docimus in tract. de penitent. disp. vlt. de sigillo.

4. Adquerendum tamē est quotiescumque verbis etiam indifferēta, alia adiungantur, ex quibus iuxta receptionem consuetudinem, iudicatur animus superioris intendens obligationem impone; in omniam sententia, illa verba indifferēta legem, vel præceptum constituent. Hæc sunt, si dicit in-prior. Ordinamus hoc faciendum in virtute obedientis, sub ho-na prefaciū iuramenti, in virtute Spiritus sancti, qui haec verba indicant obligationem obedientie ex voto, vel iuramento. Item est, sub intermissione maledictionis eterna, vel gehennæ, vel indignationis Apostolorum: qui abique culpa graui, ac male-dictio, & indignatio non contrahit: sic Azor. tom. 1. in fin. moralium, lib. 5. c. 6. q. 5. Valsquez 1.2. disp. 15. cap. 3. num. 46. Sanchez plures referens lib. 6. in Decalog. cap. 4. num. 43. E contra vero possunt esse verba rigore præceptua, neque præceptum contineat, quia ex vii communis religiōnis constat præcepta suerit, non obligare ad culpam, quibuscumque verbis pre-ferantur, nisi ei addatur, in virtute Spiritus sancti, vel in virtute Spiritus sancti, vel in nomine Iesu Christi. Sic habetur in Societate Iesu 6. part. constitut. cap. 5. fine, quia uerba haec verba addantur, non centent superiores suam voluntatem obligandi satis explicare: & ita tradit Valsquez disp. 15. cap. 3. n. 24. Lcilius de inst. lib. 1. c. 41. dub. 9. n. 76. Thomas Sanchez lib. 6. in Decal. c. 4. n. 70. vbi bene adiutit idem esse, si superior præcepit, sub excommunicatione, vel maledictione eterna, quia tunc erit non adaequat, in virtute obedientie, vel in nomine Christi, satis explicat suam voluntatem obligandū.

Parentes vero respectu filiorum, & Abbatissæ respectu monialium, qui iurisdictionem spiritualiū non habent, ac pronde non possunt in virtute Spiritus sancti, vel obedientia præcepere, si præcepit sub maledictione eterna vel sub aliis verbis sufficienter explicatis suis voluntatem, & materia præcepta gravis sit, quia graviter gubernatione domesticae conducit, abique dubio obligabunt sub mortali: sic Sanchez supr̄.

## PVNCTVM X.

Quæ promulgatio legis necessaria sit, & sufficiat ad obligationem inducendam.

1. Publicari debet ea publicatione, quæ sufficiat, ut ad notitiam communictatis denunciatur.
2. An posse quis variis nostris legi publicande in damnum aliorum.
3. Non est necessarium curibet in particulari legem publicari.
4. Omnia, quæ vim legi habent publicari solemniter debent.
5. Lex reuocatoria antiqua publicanda similiter est.
6. Quid dividendum de regulis Cancellariae.

**P**rimò constat ex d. eis in definitione legis dari non posse legem, quin publicetur publicatione sufficiente, ut ad notitiam totius communictatis denunciatur, quia lex est regula operationum non viri, vel alterius personæ, sed omnium, quae in communitate continetur: debet ergo lex ita publicari, ut in notitiam omnium illorum possit denunciare: triadique videtur in lege sacramissima, C. de legibus, vbi Iustitiam ait: Leges sacramissime intelligi ab omnibus debent, ut uniusprescripto eorum manifestissimis iurisdictio prohibita declinemus, & facient praecipua. Et Autem, ut facta non confunditiones, collat. 1. & de legibus canonici traditum in cap. 3. diff. 4. vbi Gratianus leges infrastat, eti pro-mulgantur firmari autem quando moribus recipiuntur. Quocirca duplicit lex solemniter constituitur; sicut fit in consistorio Pontificis, vel in congregatiōne alieciū consilii: si tamen illa solemnitas non sufficiat, ut in notitiam communictatis denunciare possit, nullo modo conteret lex: confituta: se viam obligandi habere etiam respectu illorum ad quoniam notitiam denunciari: quia vnde tunc non est regula communis, sic Suarez lib. 3. de lege humana, cap. 1. num. 2. Salas de leg. disp. 12. sect. 1. n. 6. Bonacina cap. 1. quas. 1. punct. 4. num. 10.

Neque obstat cap. 1. de postulatis prelatorum, vbi dicitur legem obligare si solemniter editur, aut publicè promulgatur. Ergo non neque lex promulgationem publicam, sufficit si solemniter edatur, & ita sententia Panorm. ibi & Reginald. lib. 13. n. 155. Non, inquam obstat: quia illa particula aut. que disiunctio videtur in te non est disiunctio, sed copulativa, faciens hunc sensum. Lex obligat, si solemniter edatur, & publicè promulgatur, sic Salas disp. 12. sect. 1. n. 6. Natur. cap. 2. n. 40. Bonacina diff. 1. g. 1 p. 4. 6. vcl. vt ait Suarez. idem eff. significari per solemnem editionem, aut publicam promulgationem, sed solemnis editio testipicis legislatorum promulgatio, telpicit subditos, non tamen in re distinguuntur, sicut non distinguuntur, actio, & passio nisi ex terminis ita Suarez lib. 3. de leg. cap. 16. n. 2.

2. Advertit tamen aliqui Doctores scientem legem esse factam à Principe, & statim publicandam non posse vii notione illius legis in fraudem. & damnum alterius. Exemplum est quod tradit Bart. in quer. ff. de act. emp. de versante in palatio, & scientem pragmatice esse publicandam quod frumentum vitorum pretio vendatur, ipse vero statim frumentum empti non certiorato de lege promulganda, majori pretio vendidit illicet vendere, & contra legem: tradit etiam Roman. singul. 182. Feliu. in cap. cognoscētes. col. 4. ver. secundū limita de constitutione. Farinac fragment. 1. p. overb. constitut. n. 647. Credo tamen contraria esse dicendum, quia videns non carius, vendit tunc cum, quam valer, eto minus. valitum sit facta legis publicatione. Ergo nullam iniustitiam committit. Monete autem emptorem de publicatione facienda legis, ipse non tenetur: effet tamen officium perfectioris, & ita tenet alios referens Monach. lib. 2. de arbitr. casu 185. n. 22.

3. Publicatione autem multipliciter fit, vel voce praecōnis, vel affigendo scripturam loco publico: ita supradicti Doctores. Nullo autem modo requiri, ut singulis iuridice intimetur cap. 1. de populari prælat. quia hoc regulariter est impossibile, & quia sufficiens per communem promulgationem in singulorum notitiam denunciare potest. Lex enim non circa singulos in particulari sed quatenus unum corpus communictatis comparet veritate: ac proprieatatem illam ratione debet esse promulgatio: sic Molin. tract. 5. de iuri. diff. 1. p. 70. n. 2. Bonac. num. 9. & alii ipsa.

4. Ex his infertur, ex omnia, quæ in puncto 2. diximus vim legis sortiri, necessariò publicanda esse publicatione ad legem requisita. Quocirca interpretatione legislatoris scilicet legis ante facta, & secundum illum sensum, lex obligationem accipiat, debet necessario iuridice publicari: & idem est de recipit, leg. epistol. & responsis Principum, ita Suarez. lib. 3. cap. 1. n. 17. & lib. 4. cap. 14. Bonacina diff. 1. q. 1. p. 4. n. 12.

5. Secunda inferto, legem reuocantem antiquam eodem modo publicandam esse, ac qualibet alia lexem quia est lex & lex tollens possessionem alterius. Item quia res per causas per quas nascitur, per casu dissoluti debet ita tradit Azor. tom. 1. in lib. lib. 5. cap. 3. quas. 7. Valquez disp. 136. cap. 4. num. 15. Bonacina diff. 1. quas. 1. punct. 4. num. 13. Dices si leg. flator voluntatem non habeat obligandi, lex

Ferd. de Castro Sum. Mor. Part. 1.

nos obligat, sed cum reuocar legem etiam reuocationem non publicer, non contetur velle legem reuocatam obligare. Ergo ut lex reuocatoria suam vim sortiatur non requirit publicationem.

Respondeo nunquam censeri legislatorem velle suam legem non obligare, quoque reuocationem publicer co modo, quo lex fuit publicata: quod si daretur hoc velle, cessaret quidem lex prior, sed non authenticè & per legem reuocatoriā, sed per defactū aliquis requirit ad legem.

6. Tertio inferto, quid dicendum sit de regulis Cancellariae?

Dico ergo, si legi vim habere habent, ut vero habent, sive necessario sicut & alia leges publicandas. ut autem obligent officiales Cancellariae in vi præcepti non expostulant publicationem. At credo regulas Cancellariae non tam in vi legis scripta, quam in vi consuetudinis, sive stylī curialis obligate omnes; ille enim stylus, & vius ex consensu Principis est illatum publicatio: quocte non obligant, antequam tempus curat præscriptioni, vel consuetudini inducenda necessarium. sic Bonacina num. 14. Sed de his latius cum de consuetudine habetur sermo; ibi enim examinabimus, qua ratione stylus curialis legis vim sortiatur.

## PVNCTVM XI.

Quæ promulgatio in legibus ciuilibus requiratur.

1. Explicatur quæstio.
2. Leges late pro una provincia sufficiunt si in ciuitate metropolis publicentur.
3. Si pro diversis provinciis leges sunt, in qualibet provincia debent publicari solemniter. Et tunc non nisi post duos menses incipiunt obligare.
4. Excuse: Nisi alter expressè constet de legislatoris voluntate.
5. An lex late à principe in curia, & intendens statim obligare, soritaria effectum. Proponitur communis sententia.
6. Suarez distinctione viritur.
7. Approbat sententia Suarez aliqualiter explicata.
8. Apponitur quedam obiecti, & solvuntur.
9. Satisfit argumentis num. 3. adductis.

**V**ix sunt leges ciuilis, aliae dantur pro una provincia, seu parvo regno, aliae dantur pro pluribus provinciis, seu regni. Aliae procedunt ab Imperatore, Rege vel communitate nemini subiecto. Aliae à magistratu, sis subiecto.

Si leges ferantur pro una tantum provincia, vel parvo regno, sive à magistratu Imperatori subiecto, sive ab ipomet Imperatore, & Rege, sufficit promulgatio facta in principia ciuitate, neque requiritur publicatio in qualibet ciuitate, neque transitus duorum mensium, ut incipiatur obligare, nisi aliud in legie expressè caueatur, ita Sylvest. verbo lex, quas. 3. & 6. Azorius tom. 1. institut. moral. lib. 1. cap. 3. quas. 2. Salas de legib. disp. 12. section. 1. num. 21. Suarez lib. 2. de legib. cap. 1. num. 7. & cap. 18. num. 6. Bonacina diff. 1. quas. 1. punct. 4. num. 16. & alii ab eisdem relati.

Ratio est: quia ex iure naturali neque ex iure positivo amplior publicatio requirita est. Non ex iure naturali, nam illa est sufficiens, ut in omnem provinciam nostra legis denunciari. Ex iure autem positivo nullibi est affligata amplior promulgatio, neque temporis prorogatio, quia volum de legibus latissimo diversis provinciis expostulatur, ut in qualibet fiat publicatio, & terminus duorum mensium, in Autem, ut facta non constituit. Ergo.

3. Quod si leges pro diversis provinciis late sint in qualibet provinciā debet fieri sua solemnis promulgatio, & post duos menses ab illius publicatione incipit lex in illa provinciā obligare, ita Natur. consil. 1. de constitut. quas. 4. num. 19. Valent. rom. 2. diff. 7. quas. 1. punct. 5. Suarez plures teletra lib. 3. cap. 16. num. 8. & seqq. Bonacina n. 16. Mouentur ex autent. ut facta non constituit, vbi id statutum expresse: habetur enim, ut facta non constituit, post infirmationes eorum post duos menses valeant. Dices illa esse verba rubrica: seu tituli illius Authentice, non autem esse verba legis: in lege autem non de qualibet constitutione, sed de constitutionibus ad testamentum pertinens, secundum illius Authent. ibi, Sacramus igitur ex illo nostras constitutiones, que pro testamentis suis, valere, ex que in communis facta sunt manifeste, in provinciis autem ex quo diversè per metropolias palam facta sunt. Ergo ex iure positivo leges non testamentarias non expostulant, hanc multipliciter promulgationem, & terminum duorum mensium: tam quia ex uno singulati non debet viuenter inferri; tam quia in testamentis est specialis ratio, ut haec publicationes sunt, nempe, ut omnino tollatur ignorantia, ne propter illam deficientiam infringatur voluntas, ut ibidem dicitur. & ita tenet Valquez 1. 2. diff. 11. cap. 3. Addit. esti titulus generalis fuerit omnibus legibus, cum in lege ad solas testamentarias leges atque, ex huiusmodi coactione titulus ex

H. 3. plicatus

plicandus est, & limitandus: nam ut etudie probat Menochius lib. 6. prae/lump. i. rubrica per leges scriptas, quae clarae sunt, & distincte explicanda est, & limitanda.

Addit rubricam non disponete tanquam legem, nec posse pro texu allegari, sed est index legis, & demonstrat, quae in texu habeantur, ut ex Decio & Alciato probat Menochius, ibi: Ergo etiam nisi generalis fuerit, non obligabit generaliter, cum texus ad particulares leges acceditur.

Vetrum recinenda est communis sententia affirmatio ex humi modi praesertim, seu rubrica iuncto texu omnes leges Imperatoris latas pro diversis provinciis esse in qualibet illarum publicandas, ut in quibus obligent, & duos mesiales praetercedentes esse ut incipiunt obligare. Moreor, quia ita tenet communis sententia, affirmans texum infra scriptum appositum esse non ad limitandam rubricam, sed exempli gratia, quod inde colliguntur, quia rubrica habet sensum perfectum, quia est favorabilis dispositio, & non contraria texui. Ergo Addit, omnes leges tam ultimarum voluntatum, quam aliarum retum requiriunt, si pro diversis provinciis faciantur, terminum duorum mensium, ut obligent: quia ita in alia Authent. statutum est quod declaratur Pius 1 V. in bulla edita pro obseruando Concilio Tridentino, quae incipit: Secundum & factorum, vbi mentionem faciens huius authenticam dixit iure communis statutum esse, ut constituciones nostre non nisi post certum tempus obtineant. Ergo non obstat locutio particularis de legibus ultimarum voluntatum, ut doctrina generaliter de omnibus legibus iuxta rubricam intelligatur.

4 Limitata autem supradicti Doctores, Suarez, Salas Bonac, Nauar, Valent, Menochi, arbitrii lib. 2. cap. 18., numer. 2. & alii nisi legislatori, qui legibus Imperatoris subiectus non est manifeste voluntate obligandi ex sola vna publicatione in curia facta. Nam cum iure natura, sibi sufficiens sit ad obligationem subiectis inducendam potest legislator illa sola contentus esse, cum leges imperatorias non tenuerat. Semper tamen necessarium est ut legislator tempus concedat sufficiens ut in toto communis notitiam lex deuenient possit; alias communiatem non obligabit.

5 Ex quo oritur, difficultas an lex lata a Principe intendit statim ac illam in curia promulgar, omnes sibi subiectos obligari, de facto fortior effectum, & subiectos obligari.

Affirmat communis sententia cum Panormi, Felin, Decio, & aliis in c. 2. de constit. Salas disp. 12. de leg. sec. 2. Suarez lib. 3. c. 16 fine, n. 14. Bonac. lib. 1. p. 1. & p. 4. n. 16.

Probatur, quia lex constituit in suo esse integro, quando promulgatur; sed lex esse non potest sine obligatione, qui est eius effectus. Ergo ex constituto, si est lex irritatoria contractuum, & vellet Princeps a puncto publicationis omnes contractus irritare, sine dubio manerent irriti, quantumvis contractus notitiam legis habere non possent. Ergo signum est promulgatione solemnis sufficienter legem constituit.

Ex quo inferunt Salas disp. 12. de leg. sec. 9. num. 34. Bonac. disput. i. quæst. 2. p. 1. lib. 4. num. 2. 8. Et 19. si facta promulgatione solemnis statim aliquis subiectus in remissimis partibus existens miraculose notitiam legis habetur, obligatus esset illam seruare quia ad quidquid ad obligationem inducendam necessariam esse videatur, scilicet legem esse publicatam solemniter, & notitiam illius. Ergo publicatione solemnis sufficienter lex constituitur.

6 Suarez lib. 3. cap. 17. & num. 17. distinctione vitetur; affirmat namque legem publicatam in loco debito, nullamque habentem temporis determinationem, ex voluntate Principis statim incipere obligare eos, qui ius habent seu habere possunt notitiam, ut quo eum communis sententia contente illos vetio ad quoniam notitiam deuenient tunc non potest, sed necessarium est aiquid tempus, intra illud tempus, quod mortaliter necessarium fuerit, affirmit obligare: pro quo modo dicendi adiicit Nauar. consti. quæst. 4. in resp. ad 4. ob. dilectionem, Panormi. & Felin. in supra dicto cap. 2. de constit. num. 7. Et 8. Et Batt. in l. omnes populi ff. de insit. & irre. quæst. 5. D. Thom. 1. quæst. 10. art. 4. & ibi Caetera priorem partem huius sententia probat Sagar. fundamento pro communis sententia allegato & quia potius seruitur lex pro uno populo publicata, quam pro tota provincia. Secundum patet probat ex c. 1. de cives, prob. in 6. vers. neque obstat: sed dicitur, lex seu constitutio, Et mandatum nullos astringunt, nisi postquam ad notitiam peruenient corundem, aut ipsi post tempus intra quod ignorare minime debuissent. Ex quo infertur, Ergo lex non obligat, nisi post sufficiens tempus elapsum, intra quod mortaliter fecit posse: nam illud est in quo ignorare minime debuissent. Secundo probati potest quia impossibile est notitiam publicationis ad remotas partes condens die peruenire. Ergo illa publicatione non est sufficiens, ut lex, eo die quo sit publicata obliget existentes in illis remotis partibus probato consequentiam; quia ad obligationem inducendam necessaria est notitia legis: sed lex Matriti v. g. publicata, non potest illo die cautele notitiam sui existentibus Hispanis. Ergo non potest Hispanenses obligare eo die, debet ergo concedi tempus mortaliter necessarium, ut lex in notitiam subiectorum, vel per se, vel per alios possit peruenire. Quocirca

promulgatio legis, et si videatur in instanti fieri & coram paucis perlornis at re vera non sit in instanti, sed successu temporis toto enim tempore, quod necessarium est ut illa promulgatio ad notitiam totius communis obligata ad legem deuenient, vere proprie lex promulgari dicitur, neque ante hoc tempus conciri debet integrum promulgata. Ex hac doctrina inferit Suarez cap. 17. n. 14. si legis publicatio in notitiam abiens deueniat miraculoso modo, cum tamen humano modo venire fuerit impossibilis, nullo modo obligare ad illius obseruationem, quia respectu illius non est lex publicata.

7 Placit m. hi haec sententia suarez quod secundam partem ob rationes factas, circa primam addendum existimo, numquam legem obligare posse aliquos quin eius publicatione in notitiam communis, que actari possit lege, deuenient. Explico, promulgat Matriti aliqua lex pro toto Castellæ regno; eius publicatione quia in foro fit non potest simul, & in eadem hora per totum regnum diffundi, mox neque per totam ciuitatem, ut de se constat. Quousque igitur elabatur tempus, ut per totam ciuitatem diffundi possit, neminem illius ciuitatis actari etiam publicatione praefixa exiretur. Probo quia prius actari possit etiam ciuitatem, quam singulos illius singuli enim ciuitatis in tantum actuantur lege, in quantum partes sunt ciuitatis lege obligante haec enim est una ex differentiis legis a principio, quod præceptum respicit singulos, quia in bonum ipsorum ordinatus est: ex vero ciuitatem: quia in ipsis bonum primo, & per se ordinata est sed ad maioris partis ciuitatis notitiam non potuit lex deuenient in eodem puncto, & momento non in foto publicatur. Ergo singuli illius ciuitatis non actuantur quoque tota ciuitatis actetur, eaque de causa stylus communis legislatoris est cum intendit legis sui obligare prius praefaces quam absentes apponere terminum competentem, intra quem moraliter in omnium notitiam lex deuenient potest.

8 Dices, cum Rex Hispanie fert legem pro toto Castellæ regno, illamque Matriti promulgat neque declarat se vele prius obligare ciuitates quam absentes non videntes ciuitates obligari esse, quoque totum regnum obligari esse censetur quia ciuitates non obligantur: quatenus sunt partes ciuitatis sed quatenus partes sunt totius regni siquidem pro toto regno lex fertur. Ergo prius debet esse regnum obligatum.

Factor ex natura rei esse dicendum. At si princeps legis tenore significare subiectos signum primum possit obligare, cum possit propinquiorum ciuitatibus, prius quam remotam obligare, tacite innuit se ita velle, ac proinde prius ciuitates quam absentes lega illa obligantur; & ita docet Suarez lib. 3. cap. 17. num. 10.

9 Restat satisfacere argumentis pro communis sententia.

Ad primum dico, legem publicatione solemnis constitui: at regulariter haec publicatione, eti physice in una hora finiuntur non tam moraliter, & modo necessario, ut in notitiam totius ciuitatis deuenient ad hoc enim necessaria est tempore prolongatio: in quo tempore possit lex per praefatos in absentia notitiam deuenient, ac proinde ciuitatem, quæ legem actari possit.

Ad lecundum dico, ex ea publicatione optimè possit legem irritare contractus, & taxam mercibus constitutus, etiam obligari in ciuibus non inducat, quoque eam scire possint quia actio in iuri a iuri & taxa mercium procedit a Princeps, non ex potestate legi fluvia sed denominata, quæ non indiget ad hanc integratam notitiam subiectorum colliguntur a simili ex his quæ tradit Suarez lib. 3. cap. 17. n. 11. & docet expressè Nauar. num. 2. 3. n. 44. Auctor tom. lib. 5. c. 3. q. 9. Ex quo si ignorarent legem taxantem pretium mer cibus si eas vendat alio pretio quam sum taxarum obligatum esse restituere non quia peccavit sed quia accepit quæ libi non debentur: sic Bonac disp. 1. de legib. q. 1. p. 4. n. 10.

## PUNCTVM XII.

Quæ solemnitas publicationis requiratur in lege canonica.

1. Proponitur prima sententia eandem seruari debere, quæ in ciuibus legibus, nisi expresse alius constet statuere penitentiam.

2. Sufficiit publicatione Roma facta, ut certum defenditur.

3. An lex Roma publicata statim Romanos obliget, vel post duos menses. Defenditur ut probabiliter statim obligare.

4. Quilibet lex municipalis statim subiectos obligare potest, & quilibet constitutio principis, si id vellit.

5. Satisfit argum. o. Ladductus.

6. An lex obligat ignorantes.

1. Prima sententia docet seruandam esse eandem solemniter, quam in ciuibus legibus late communis seruandam esse diximus: scilicet, si leges huc pro diversis provinciis, hoc

hoc est, Episcopatus in quolibet effice publicandas, & non obligare, nisi post duos menses publicatione nisi aliud extellet. se summus Pontifex declareret, sic docet Soto lib. i. de iustit. Medio. 12. queſt. 90. art. 4. verò Nauarr. in ſum. cap. 23. n. 44. quodammodo. de conſtitu. num. 7. ad finem. Decius leſt. 2. n. 6. cognoscentes, de conſtitu. num. 7. ad finem. Decius leſt. 2. n. 6. Feliſ. num. 7. Anton. Burrio. Imola. Ioaſ. Lignanus. Cardinales Zabarella in ſupradicto cap. cognoscentes. n. 4. q. 6. & ait apud Faſinac. fragm. 1. part. verbo conſtitu. n. 6. 5. 6. vbi hanc ſententiam cetero probabilem. Mouentur, quia vbi ius canonice ceterum cetero poteſt. ferandum et carile, ut boni moribus non reprobantur, ferandum et carile, ut boni moribus non reprobantur. cap. 1. de noſi operis mortuitione, vbi dicitur: Sic ut leges non designantur sacros canones imitari: ita facravimus canones faciunt constitutionibus Principium adiunctorum, & in cap. ſu. adiutoriorum, difinit. 10. dicit Augustinus. Si in adiutoriorum uerſum etiam verens imperij leges afflumandas putatis, non reprehendamus, fecit hoc Pauſlus, cum aduersus inuiroſos ciuem Romanum ſe eſſe certatus eſt: vbi glossa dicit, non ſunt alle-ganda leges ciuiles, & id determinat leges ciuiles, ex harum determinatione colligenda eſt determinatio temporis in obli-gatione legum Ecclesiaticorum. Ad de huiusmodi determinatione conuenientissimum eſt, tum ut obligari legum igno-rantium allegate non poſſit, tum ut facilior, & ſuauior modo lex Ecclesiatica obligationem inducat. Secundo, cap. cūm infor-mitas, de pauci. & remiſſ. dicitur, lege Medicis non teneri, niſi poſquam eam Pratali promulgauerint. Ergo promulgatio Pratali requiriatur, ut in ſua diiecti lex habeat vim obligandi. Tertiō, quia nemis durum eſt facta publicatione in Romana Curi alicuius nemis, ſtatim omnes Chriſti fideles per orbem diſperſos obligati ad illius obſeruationem.

4. Nihilominus certa, & omnino teneenda ſententia eſt, ſufficiere publicationem Romæ factam, ut lex Pontifica omnes Chriſti fideles adiungat, nec opus eſt in ſingulis Episcopatus publicari, niſi alter in ipſa bulla habeatur. Panomitanus in cap. nouerit, de feneſt. excommunic. Nauarr. confiſ. 1. de conſtitu. n. 19. & Sylvest. verbo lex, queſt. 6. Suarez lib. 4. de legi-bus, cap. 15. n. 3. Azor tom. 1. lib. 5. cap. 3. queſt. 3. circa me-dium. Salas diſp. 1. ſect. 2. n. 10. Valquez diſp. 1. 5. 6. cap. 2. Menoch. lib. 2. cap. 18. num. 8. Farinac. ſupra. num. 6. 3. Bonacina diſp. 1. queſt. 4. num. 16. & alii plures ab eiſdem relati.

Ratio principia eſt, quia Pontifex non tenetur ferare modum publicationis iuri ciuilis in ſuis decreti, quia cuius legi-bus non accutat; neque Authenticam, ut facta noua conſtitu-tiones, inuentus lece accepteſt. Ergo quoties ſuam conſtitu-tionem Roma promulgat, neque mandat alibi publicari, ſed potius illa promulgatione conueniens eſt, intendit Chriſti fide-les obligare. Ergo de facta obligatiuor eſt, quia adēt quid-queſitum eſt ad legem. Et conſim, quia plura decreta iuri canonice, Decreti, Decretalium, Sexti Clementinatum, Extraauganatum, Concilij Tridentini, non ſunt in multis pro-vinciis, promulgata. Item Bulla Cœne. Romæ tantum ſoliter publicari, & tamen ait omnes Chriſti fideles. Item regulare-Cancelleria Romæ publicantur, & ſecondum illas cauſas ex toto orbe deciduntur, quod iustum non eſt, ſi illa leges non obligantur. Ergo non eſt neceſſaria publicatio in qualibet pro-vincia ad obligationem legis Pontificie inducendam. Quod ita verum eſt, ut confiteat Azor ſupriā relatos contrariant ſententiam probabilityte carere. Nam Soto, & alij Doctores affi-mates decaſta Pontificis in quolibet Episcopatuſ publicanda eſt, mouentur ex preſumptione, quia preſumunt Pontificem non alter vellet obligare. Ait haec preſumptione omnino ceſſat ex vi, & conſuſtutio ſatis recepta. Ergo.

5. Maior dubitatio eſt, an Romæ publicata lex, quæ nu-lum tempore determinat, incipiat statim obligare Romanos, & vicinos illius! An neceſſaria ſit præterito duorum menſum ad eius obligationem?

illa Missam, vel recitatione præcepto satisfacere, sed potius in-  
tendens iterum recitate, vel aliam Missam audite. Maneras  
obligatus, ac si Missam non audires, vel horas non re-  
citas.

11 Sed quid dicendum, cum non solum ignarus precepti,  
rem præceptam exequi, sed animo expresso non satisfa-  
ciendo precepto per talen rem satisfacit tunc præcepto  
Verbi gratia, audis Missam, vel recitas horas canonicas, nolens  
illa Missam, vel recitatione præcepto satisfacere, sed potius in-  
tendens iterum recitate, vel aliam Missam audite. Maneras  
obligatus, ac si Missam non audires, vel horas non re-  
citas.

Plures sentiunt te obligatum manere, sic Nauarr. cap. quan-  
do de confess. disp. 1, cap. 13, n. 15, 27, ¶ cap. 28, ¶ cap. 16  
7-13, & cap. 25, Azor lib. 10, cap. 8, q. 7, & c. 12, 9. 8 Henriquez lib.  
9, de Miss. cap. 25, num. 6, fine loan Medina C. de oratione, qu.  
cap. 14, num. 2, Petrus de Ledetina sum. træct. de Eucharist.  
cap. 27, pof. 10, conclus. & 2, tom. træct. 9, cap. 4, Thomas San-  
chez cap. 13, & est quidem probabilem reputant, in Decalog. cap. 13,  
Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars 1,

satisfactio, qua talis est, deber esse voluntaria, & libera quia pre-  
ceptum est, de actione humana: sed qui non vult illa recita-  
tione præcepto satisfacere non habet voluntatem implendi  
præceptum. Ergo Secundo actus non operatur ultra agentis  
intentionem, non omnis si, si certum potest, in agri si, de ac-  
quend. domin, sed intentio huius agentis, est non satisfacere  
illa actione. Ergo de facto non satisfacit. Tertio executio rei  
præcepta est executio rei debita: cum autem ex deuotio-  
nem audis Missam aut horas recitas, non potes dici rem debitam  
exequi: nam illa Missa auditio, & recitatione propter te proce-  
dit non procedit, ut debita, sed Deo liberaliter donata. Ergo  
præcepto non satisfacit.

Dices verum est te non procedere, ut debitam: quia in  
se debita est, admitti à Deo ut debitam. Sed contra: quia illa  
numero actio non erat debita. Ergo non est necessarium  
quod Deus, ut debitam illam admittat. Item Deus non admittit  
nostras actiones, nisi quatenus à nobis procedunt, sed illæ  
actiones te procedunt animo liberali, & gratuito. Ergo non  
admittuntur à Deo ut debita. Et confirmo variis exemplis: si  
enim ex votu, & iuratamente deberes Missam audire quotidie  
& tempore, quo audis Missam, haberes animum non satisfa-  
cendi illa Missa, sed alia quam existimas audire, de facto  
satisfacis, quia non imples promissioneum Deo factam, sed alium  
colum liberalem Deo praestas. Item si ex penitentiâ à Confes-  
satio mutata, deberes Missam audire, & audis Missam non ut  
penitentia satisfacias, ideo ut amico placet, qui a te Missam  
expostulat, non satisfacis præcepto. Deinde si dicas centum  
Petro & corde domes animo liberali nolens ut illa donata  
computentur pro debito, debitum integrum maneret. Idemque  
est si pro Missa dicenda stipendium accepiles & velles gratis  
Missam dicere, non extingues, debitum. Ergo signum est non  
posse satisfacere præcepto, sine voluntate satisfaciendo illi.  
Tandem quia leges & præcepta obligant subditos illi imple-  
re, ergo obligant ut id velint, quia implenda sunt humano, &  
voluntario modo.

12 Nihilominus probabilius existimo te illa Missa audi-  
tione & recitatione satisfacere: ita tener Valent. 2, 2, disp. 6, q. 2,  
punct. 1, ut fine Suarez tom. 3, in 2 part. disp. 88, fol. 3, vers. circa  
posterior partem Latini tom. 2, de relig. lib. 4, de horis canis, cap.  
26, n. 8, Vasquez 1, 2, q. 100, art. 9, in expositione littera.  
Leffius lib. 2, de iugit. cap. 37, dub. 10, num. 59, ¶ cap. 46, dub. 6,  
n. 42, Bonacina disp. 1, quæst. 1, punct. 10, n. 19, Thomas San-  
chez lib. 1, in Decalog. cap. 13, num. 13, reputat æquum probabi-  
le ac contrarium sententiam Aragon, 2, 2, q. 83, art. 13, vers.  
sed dubitabit aliquis, Ratio efficax est quia illa voluntas, qua  
vis non satisfacere præcepto, inefficax est, & nullo modo ob-  
stat quomodo præcepto, satisfacias, quia tibi præceptum im-  
ponitur tantu de Missa auditione, & recitatione libera tali die  
facienda. Non enim tibi Imperatur audire sacram, aut horas  
canonicas recitare, ex intentione satisfaciendo præcepto nulli-  
bi enim exstar præceptum de tali intentione. Et confirmo, si  
lata est censura aduersus illos, qui die festo Missam non au-  
diunt vel horas canonicas non recitant: quia hoc modo audiret  
Missam, & horas canonicas recitaret censuram vitaret, quia  
vere Missam audiret, & horas recitauit. Ergo signum est illam  
voluntatem non obstat præcepti satisfactionem. Quocirca ad-  
vertendum est aliqua præcepta posse esse, quia licet sint de  
actibus exterioribus aliquam, & etiam intentionem, & volun-  
tatem, necessariò ad sui constitutionem expostulantia vero  
non, recitatione enim horarum requirit intentionem colendi  
Deum in actione quare si breviarium legeres gratia addisen-  
di, vel docendi alios non satisfacies præcepto, quia illa recita-  
tione non est oratio, idem est in administratione sacramentorum  
si abesse intentione faciendo, quod facit Ecclesia, verba pro-  
fetas, effet enim talis prolatio, ficta, & verbalis non vera sacra-  
mentorum ministratio. In his ergo non solum actio exterius,  
sed etiam intentio pertinet ad rem præceptam: at in præcepto  
audiendi Missam, nulla alia intentio præcepti voluntatem audiendi  
seu assistendi sacrificio expostulatur. Unde si habetas volun-  
tatem audiendi Missam, vel recitandi horas canonicas ex mo-  
tivo colendi Deum, etiamque expressam habeas voluntatem non  
satisfaciendi illa recitatione, & Missa auditione, vere satis-  
faciens, quia efficis quidquid tibi præcipitur.

13 Dices, si exequendo opus, quod mihi præceptum est  
præcepto satis facio. Ergo non possum habere voluntatem non  
satisfaciendi: at in præcessenti casu supponit me habere illam  
voluntatem & experientiam constat plures habentes. Ergo signum  
est illa opere præcepto non fieri satis.

Respondeo voluntatem, quam habes non satisfaciendo, pro-  
cedere ex ignorantia qua credis illa voluntate exequendo rem  
præceptam non fieri satis facio proinde ex se efficacem  
non, nec destruere priorem voluntatem, qua rem præ-  
ceptam exequaris, & qua præcepto satisfacis.

Obliges secundo. Ergo non tenor mortare illam voluntate-  
non satisfaciendo præcepto, ut præcepto satisfaciam, sed  
poterit toto die illam habere siquidem non obstat præcepti  
satisfactionem.

Respondeo non obstat præcepti Ecclesiastici satisfactioni

DE  
ASTRO  
PALAD  
POM  
EX

atque adeo ex vi illius te non esse obligatum mutare voluntatem oblati precepto diuino, quo tibi prohibetur nolitio non implendi Ecclesiasticum praeceptum quapropter debes ab illa voluntate cessare. & ita docet Suarez illo lib. 4. cap. 26. num. 11. § 12. Salas de leg. disp. 9. sect. 2. num. 33. Bonacina disp. 1. q. 1. p. 10. fine Sanchez. lib. 1. cap. 13. num. 14. Ex quo patet solutio ad illam interrogacionem, an collater peccatum committas audiens Missam, vel recitas horas intentionis non satisfaciendi: si enim nulla alia Missa tibi restaret audienda, neque tempus, in quo iterum posses horas canonicas recitare, sine dubio peccares non quidem in re, sed in effectu quia scilicet affectum habes non satisfaciendi praeceptum Ecclesiasticum: at si restaret alia Missa & tempus superfluit iterum recitandi, & haberes voluntatem audiendi illam Missam & iterum horas recitandi nullum peccatum committis: & ita teser Suarez supra. & Sanchez num. 14. § 15.

14. Neque obstant argumenta pro prima sententia.

Ad primum dico, praecepti satisfaciendum, qua talis est liberum esse debere: neque hinc libertari oblati nolitus satisfaciendum praecepto procedens ex ignorantia, si de facto datur absoluta libertas exsaudiendi quidquid praeceptum est.

Ad secundum concedo actum non operari ultra intentionem agentis, sed quando voluntatem habes audiendi Missam, & non satisfaciendi praeceptum duplum voluntate habes, aliam in officiis non satisfaciendi; & que ex ignorantia procedit, aliam officiam satisfaciendi: in concursu autem huius duplicitis, voluntatis vincit voluntas efficax, utpote principalior.

Secundo respondeo actuam non operari ultra intentionem agentis, quando ab ipso pendet actus & effectus: at satisfaciere praeceptum semel exequaris, quidquid tibi praeceptum est, non est in tua potestate.

Ad tertium concedo executionem praecepti esse executionem rei debita, non tamen esse necessarium, ut à te procedat formaliter, ut debita, quia praeceptum non obligat, ut formaliter intentionem obedienti habetas, sufficit, si à te procedat, quia debita est, & licet illa actio numero absoluta non sit debita quia tamen prima eti debita est. Huic modo operanti non obstat affectus illius tuus in officiis non satisfaciendi praeceptio, cum quia procedit ex ignorantia, quia credis non satisfaciendum & praecepito, quia non destruit. At cum esset accepit illud opus, acceptum, inquam illud opus tanquam debitum; & sic in te debet, non tamen canquam debitum in tuo officio in officiis.

Ad confirmationem de Missa debita ex voto & instrumento responderet Sua. lib. 4. de horis canonicas c. 2. n. 3. Si audias voluntate non satisfaciendi voto, sed intendas aliam Missam audire, ut voto satisfacias itac te prorogate voto vel nouum votum facere, quia cum obligatio voti à te dependeat, potes pro liberto illam tibi de novo imponeas: at obligatio praecepti Ecclesiastici cum à superiori voluntate oritur neque in tua potestate sit illam protegare: si semel illi satisfecisti nihil manet satisfaciendum: & hoc est probabile, sed probabile est, quod dicit Sanchez. lib. 1. in Decal. cap. 13. fine num. 18. ut integrè satisfacisse voto quamcumque habetas intentionem alio opere satisfaciendi, quia vere praestas quidquid voulisti. neque tu cum illam voluntatem habes non satisfaciendi voto per illud opus, intendis de novo voleas tibi posse, sed solum intendis priori voto per aliud opus à te faciendum satisfacere. Ergo si iam satisfecisti, nihil restat tibi satisfaciendum.

Ad exemplum de penitentia iniuncta distingui potest vel offens Missam pro animo, vel in tuorum peccatorum satisfactionem. Si in tuorum peccatorum satisfactionem, etiam non habebas animum satisfaciendi obligationis tibi imposita, integrè satisfacis, quia officia quidquid tibi est mandatum, & ita docet Sanchez. num. 17. At si in satisfactionem peccatorum amici offeras, videris non satisfacere, qui non praestas, quidquid tibi mandatum est, cum non solum mandatum est Missam audire, sed agire in satisfactionem tuorum peccatorum quia pro tuis, & non pro alienis peccatis Missam in penitentia iniuncta est. Verum si Confessarius expliciti est tibi non praecepit pro tuis, & peccatis Missam offere, sed absolute Missam iniuncta in penitentia, existimo esse factis probabile te satisfacere praecepto penitentia audiendo Missam: quantumvis pro animo offeras, quia officia quicquid tibi mandatum est. Offeras autem pro tuis peccatis, non iniunctur in penitentia, nam licet pro tuis peccatis opus penale sit iniunctum, poterat iniungi ut illud pro animabus purgatori offerves, item aliud est factis praecepti aliud res praecepta. Fatoe, inquam, penitentiam iniungi, ut tuis peccatis satisfacias, non tamen satisfactionem tuorum peccatorum cadere sub praecepto, quia non est materia praecepti, sed factis praecepti alias si in statu mortalis peccati penitentiam adimpleres, praecepto non celeberis satisfacisse: quod est contra communem sententiam.

Ad exemplum de debito iam dictum est in superiori diffinzione non extinguit liberali donatione. quia ex debito non deberit donatio, sed solutio.

Ad ultimum. Concedo leges obligare subditos, ut illis satis-

faciant, & consequenter, ut habeant voluntatem satisfaciendi quam tamen habet quicunque rem praeceptam excusat, nisi ex ignorantia ipse crederat non habere.

### P V N C T V M XVIII.

An actu, qui sit peccatum, possit legi, vel praecepto satisfieri.

1. Propositur dubitandi ratio.

2. Operre ex bono, citata tamen aliqua circumstantia satisficeri praecepto potest.

3. Satisfactio ratione dubitandi.

4. Si ex voto, aut penitentia tenearis Missam audire, vel elemosynam facere. & ex fine vanitatis hac praeceptis voto, & penitentia satisfaci.

1. Ratio dubitandi est quia omne praeceptum est de operatione bono. Ergo vt ei, si sat opus bonus debet excipi, quia debet excipi opus, quod est imperatum. Ergo non potest fieri si sat opere malo, quia opus malum non est imperatum. Neque subdicas praecepto satisficeri debere opere bono ex te, non tamen est necessarium esse bonum ex circumstantia; auditio enim Missa & largitio elemosynae bona sunt illaque videtur praeceptio Missa & elemosyna satisficeri, etiamque ob priuam finem videntur. Non inquam, oblatas, quia si opus externum praeceps finem videntur, absolutè vitiosum est, & peccatum; sed de peccato nunquam est praeceptum. Ergo illa auditio Missa & elemosyna non sit iatis praeceptum, quia non est opus praeceptum, et consumari potest ex regulis, & extrahendit, & regulae, ubi dicitur qui ex timore facit praeceptum, aliter quæ debet, facit, & video iam non facit. Ergo à fortiori non facit praeceptum, qui malo sine facit.

Secondo confirmatur ex I. non dubium, C. de legib. & I. contra legem ff. 10. vbi dicitur, In legem delinqvit, qui legi verba amplectens contra legis initium voluntatem, & intentionem. Sed finis omnis legis est facere subdilos bonos, & Deo obsequentes, qui non oblati manifeste actus vniuersus etiam ex circumstantia extinximus. Ergo. Et ita tenet Anton. 2. part. 2. cap. 1. o. 2. vbi dicit non satisfacere praecepto audiendi Missam, qui accedunt ab Ecclesiast. vi. videantur, vel videantur ab amissibus suis, sed debent (ai) accedunt ad orandum. & tunc à se remouere debent cogitationes temporales ad Deum orandum contentie Major. iv. 4. ff. 15. q. 3. post pug. princ. Adrian. 4. vbi de confessione. q. 5. sub. 4. Cathol. 1. dist. 1. q. 2. & 2. dist. 17. q. 1.

2. Nihilominus secunda est ut certa communis sententia operis, inquam ex se bono videntur tamen ex fine vel ex alia circumstantia extinximus fieri satis possit praecepto humano; quia praeceptum humanae/solum imperat actus substantianam non modum, qui nec clavis non est ad eum exteriorum honestatem. Tum quia actus sicut factus pertinet sufficienter ad cultum Dei extinximus, & ad reclam. Eccles. & reipublica gubernationem: modus autem alius operandi extinximus, eti maxime sic interior, per accidentem esti operi praecepto & forte extra homanam iniunctio est. Ergo quemque ille sit: obstat non potest executioni operis praecepti.

Dixi legem & praeceptum imperare actus substantianam non modum qui non sit necessarius ad substantianam actus praecepti, nam aliquando aliquis modus pertinet ad substantianam praecepti, & tunc non solum res extinximus per se, sed vestita illo modo mandamus. Exempli causa, mandatus aliqui recitatio horarum, consequenter mandatur intentio coledi Deum, & attentione requiri ad orationem, quia sine hac intentione, & attentione, non est recitatio, quia vera sit v. benedict. Suarez tom. 2. de relig. 4. c. 26. item mandatur aliqui sacramentum confessionis recipere simul mandatur intentionem habere illud recipiens dolorem de peccatis confessis: quia sine his non recipiet sacramentum. Aliquando vero modus est extinximus operi praecepto. Verbi gratia praecepto audiendi Missam, datus elemosynam communicandi, extinximus est finis vanitatis gloriae. Quocirca sit vanam gloriam vel supremum amorem auditis lacrima, elemosynam tribibus communice satis facit praecepto quia rem praeceptam exequitur. Non enim ex vi talis praecepti prius finis adiunctus prohibetur, sed aliunde & ita tenuit. Naurart. cap. 21. n. 7. & in encycl. de orat. c. 20. n. 2. 9. Almain. dist. 18. quest. unica circa finem Scto lib. 2. de infil. quaf. 3. art. 9. & 4. distin. 13. q. 2. art. 1. in fine Suarez lib. 2. de legib. cap. 19. n. 6. Sanchez. lib. 1. in Decalog. cap. 14. n. 1. Azor tom. 1. lib. 7. cap. 6. q. 1. Couarr. cap. almo mater. 1. part. 8. 5. n. 1. & seqq. prater, hoc Bonacina disp. 1. de legibus. g. 1. p. 1. n. 1. & seqq.

3. Neque obstat ratio dubitandi. Fateor inquam auditionem Missae & elemosynam ob finem prauam vitiolam est, sed non esse vitiolam intinxit, sed extinxit. secundum: vitiolam autem extinximus non obstat praecepti satisfactionem quia non obstat quoniam auditio Missae & elemosynae de se bona sit quæ solum est materia praecepti.

Ad

Ad confirmationem ex reg. iur. 8. dico faciem ex timore preceptum, alias non facturas, non implete preceptum in affectu, & quod Deum, bene tamen in effectu, & quod Eclesiam.

Ad alias vero leges respondeo cum D. Thom. relato a Sanchez num. 4. & a Suarez libr. 3. de legisbus. cap. 20. numero 3. duplicit esse voluntatem, seu intentionem legislatoris, aliam de precepta, aliam de fine obtinendo per preceptum. Prima intentio, & voluntas est forma iurisficta legis, & idcirco qui aduersus ilam procedit, peccat in legem. Secunda vero qui extrinfexa, & idcirco peccans in illam non censetur legem transgredi.

4. Ex his inferitur, si ex penitentia, voto, aut iuramento obligatus sis, elemosynam facere, vel Missam audire, & ob viam gloriam hanc prefalles, si satisfacere voto, iuramento, & promissione, quia hec omnia obligant infra cuiusdam legis, & precepti, & de penitentia docet Suarez 4. tom. in 3. p. disp. 38. sed 19. q. 1. fine, & de voto Valquez 1. 2. q. 100. art. 9. in expeditio littera. n. 11. & de omnibus Sanchez lib. 1. in Dec. c. 14. n. 2. Et 3. Bonacina *suffr.*

Sed obitiae, voto intendisti rem garam Deo offere, quia est actus religiosus. Penitentia intendit Confessarius, ut iustificare Deo pro peccatis: sed hec obliteri non possunt actu virioso. Ergo non satisfacis voto, & penitentia per actum viriosum.

Relpondeo te non satisfacere fini intento per votum, & penitentiam, ut conueniat ob effectu, si satisfacere autem materia voti, & penitentie, si rem de gratiam Deo, & honestam offeras, est vivitatis extrinfexa circumstantia: quia finis extrinfexus voti, & penitentie sub votum, & penitentia non cadit, sic neque cadit sub lege finis extrinfexus legis, alias qui laute, & deinceps in die ieiuniis comedentes, fersuans formam statutam ab Ecclesia, non feruantur ieiuniis, quia non feruauit suum eius extrinfexum qui est, canem aliquam iocundam mactare: quod est omnino fallum.

## PUNCTVM XIX.

Vtrum possit unico actu pluribus preceptis, & obligationibus satisfacere.

1. Si obligations sunt iustitiae, non potest pluribus unico actu satisfacere, secus si sint obligations diversarum virtutum.

2. Vouens se ieiunare in Quadragesima satisfacit precepto Ecclesie & voto.

3. Explicatur, quando si penitentis obligatio petit distinctionem actionum, quando cadit super debitum.

4. Confessarius imponeat penitentiam censendus est ad actus, qui alias obligatorum non sunt, obligare, nisi contrarium explicet.

5. Vouens dare elemosynam, non satisfacit voto, restituens debitum.

6. Idem iurius est si parentibus, & fratribus in gravi necessitate subvenias.

7. Quid dicendum de elemosyna data extreme, vel grauitate indigentibus.

8. Probabiliter est fieri satis voto, & penitentia.

9. Quid dicendum si actum facias, qui pluribus obligationibus significat tantum satisfacere potest. Sub distinctione responderetur.

1. Si obligations sunt iustitiae, certum est apud omnes unico actu satisfaci non posse diversis obligationibus, impli- cat enim rem debitam iustitiae, alio titulo iustitiae deberti, quia si ex iustitia debita est, alio titulo debito non potest, cum super eandem rem duo tituli iustitiae cadere non possint. Ex quo illi, si debet Petrus centum ex promulgatione acceptata, vel ex tradita, & insuper committi delictum, quo tenuerit centum dare Petru, non satisfacit utique obligationi daudo centum, sed necessario debet ducentos.

Verum si obligations sint diversarum virtutum, seu ex diversis preceptis, unico actu pluribus obligationibus fieri potest, si quis non implicat rem debitam uno titulo, alio diverso debet: non enim implicat rem debitam titulo iustitiae, debet etiam ex voto, & penitentia precepto, & debitum ex precepto temperante debet etiam ex voto. Ratio est, quia obligatio voti, penitentia & alterius precepti posturum ex legislatoris intentione pender, que rebus iam debitis alio titulo aliigari potest. At cum debitum iustitiae ex ipsa rei natura oriatur, & in regulatrici rei ad rem fundetur, nequit duplex obligatio iustitiae super eandem rem cadere. Sic Medina Cod. de factis alt. quest. 4. Suar. tom. 4. in 3. p. disp. 27. sent. 6. n. 5. Sayrus in clavis reg. lib. 6. c. 3. n. 22. Palud. 4. dif. 15. q. 1. art. 1. n. 8.

2. Verum in hoc casu probabiliter censetur satisfaci penitentia, & voto illa elemosyna data extreme indigent. Sic trahit Henriquez lib. 5. de penitent. cap. 2. n. 3. in comm. litt. Q. Azor. tom. 1. lib. 11. cap. 14. quest. 1. in fin. Emat. Saa sum. verbo satisfactio. dub. 9. fine. Th. Sanchez. alios referens lib. 1. in Decalog. cap. 14. n. 6. Monoz, quia non est debita illa elemosyna ex precepto misericordiae absoluere, sed ex supplicatione, quod non possit alia via necessari pauperis subvenire. Quod

vincio actu duplice obligationi: scilicet obligatus recitare officium diuinum ratione ordinis tacti, & beneficij, utique titulo farisfacie voca recitatione, quia super eandem iactiam illa duplex obligatio occidit. Que omnia clara sunt, & manifesta.

3. Dubium tamen est explicare, quando de facto superueniens obligatio cadat super actum debitum, quando vero expositus est aliam.

Respondeo certa regula definiti non posse, sed ex circumstantiis colligendum esse, quia ex voluntate, & intentione legislatoris pender: si enim circumstantiae denotent legislatorem velle exigere actum non debitum, manebit tunc obligatus illum pristinat, neque poterit actu debito satisfacere. At si circumstantiae denotent contentum actu alias debito, satisfacit illo utique obligationi, & obligationi denuo impositae, & precedenti. Sic Suarez tom. 4. in 3. p. disp. 37. section. 6. num. 5. Thomas Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 14. n. 6. Regularet tamen, quoties distincta obligatio superuenient, distinctum actum expolstular, quia sic communiter legislatores intendunt, ut bene dicit Sanchez *suffr.* Et in calvo dubio sic est interpretandum, quia interpretatio fieri debet ex communiter continentibus.

4. Ex his inferto primò. Si tibi à confessario esset impositum præceptum recitandi bis calculos virginos, & haberes votum quotidie, vel diebus festis illos recitandi, non satisfacces præcepto confessarii recitatione debita ex voto, quia confessarius nisi clare se explicet, ad rem non debitum intendit te obligare, principiū cum obligatio illa à confessario imposta, non sit aliqua diei, sed potes, quando tibi placuerit, satisfacere. Idem est si aliqua ieiunia absolute imponeret, non satisfacces ieiuniis ex præcepto Ecclesie, aut voto debito, quia intendit tibi obligationem imponere de re aliis non debita. Vix potest maxime satisfactoria & ita tradunt Sanchez & Suarez *suffr.* Narrari. cap. 26. num. 2. & cap. 1. in principio num. 4. de penitentia, distinct. 6. Azor. tom. 1. lib. 11. c. 14. quest. 1. fine. Sayrus in clavis regia sacra. lib. 6. cap. 3. num. 21. Henriquez lib. 5. de penitent. cap. 1. num. 5. & cap. 1. num. 3. & alii ab eisdem relati. Verum si confessarius dicat: Singulis diebus hoc mense audiatis factum, ex benigna interpretatione censeretur Missa debita ex præcepto diebus festi, contentus esse: neque enim censendus est obligare ad audiendum duplex factum diebus festis, quis est gravonus: quod non est credendum imposuisse, nisi manifestet, ac proinde diebus festis, vixio facto auditio, satisfacies utique obligacioni. Et ita tenet Sanchez *suffr.* 1. 14. n. 6. Bonac. disp. 1. de leg. q. 1. punct. 9. n. 7.

5. Secundò infero. Si voueras dare elemosynam, vel illam ex penitentia debas non satisfacere dando ea, quia debes restituere ob incertorum ablutionem, quia elargitio non est donatio liberalis, & consequenter neque elemosyna. Sed est solutio & restitutio debiti. Sic Sanchez n. 6.

6. Tertiò infero cum codem Sanchez te non satisfacere voto, vel penitentia, de danda elemosyna, si de statibus suis, & parentibus taliter indigenibus, ut tentaris illis subvenire, quia illa non erit proprie elemosyna, sed solutio debiti legalis, ad quam per iudicium potes compelli, casu quo dives sis. Item quia non est elargitio pauperi, pauper enim non est, qui ius haberet postulandi alimenta, ut ex alius probat surdos de alimento. 11. 7. quest. 37. à n. 1. v. que ad 1. r. Verum si alius consanguineus à supra relatis elemosynam tribuas, satisfacies votu, & penitentia iniuncta, quia non tenebis ex debito legali illis alimenta præbere, ut probat Molina lib. 2. de prim. ag. c. 1. à num. 37.

7. Quartò infero, quid dicendum sit de elemosyna data pauperi grauitate, aut extreme indigenti: an, inquam, tali elemosyna satisfacias elemosynæ debita ex voto, vel penitentia? Videris quidem non satisfacere, quia illa elemosyna est debita ex præcepto misericordiae, sed quia debita sunt alio præcepto, non censetur vouere, neque tibi in penitentiam iniungi, nisi existimat. Ergo. Et confirmo. Ideo prima Missa audita in die festo non satisfacis pro Missa debita ex voto, & penitentia, et si velis pro voto & penitentia applicare, quia illa Missa non cedat sub voto, & penitentia, siquidem non est in tua potestate situm, facere, quod non sit debita, & quod illi non fiat satisfactio præcepto Ecclesie. Sed similius non est in tua potestate facere, quod pauperi extreme, vel grauitate indigena elemosyna non debeatur ex præcepto misericordiae. Ergo illa elemosyna non potest fieri satis elemosynæ debita ex voto, & penitentia. Sic Medina Cod. de factis alt. quest. 4. Suar. tom. 4. in 3. p. disp. 27. sent. 6. n. 5. Sayrus in clavis reg. lib. 6. c. 3. n. 22. Palud. 4. dif. 15. q. 1. art. 1. n. 8.

8. Verum in hoc casu probabiliter censetur satisfaci penitentia, & voto illa elemosyna data extreme indigent. Sic trahit Henriquez lib. 5. de penitent. cap. 2. n. 3. in comm. litt. Q. Azor. tom. 1. lib. 11. cap. 14. quest. 1. in fin. Emat. Saa sum. verbo satisfactio. dub. 9. fine. Th. Sanchez. alios referens lib. 1. in Decalog. cap. 14. n. 6. Monoz, quia non est debita illa elemosyna ex præcepto misericordiae absoluere, sed ex supplicatione, quod non possit alia via necessari pauperis subvenire. Quod

1. 4. constat

constat manifestè. Nam si debita restituenda pauperibus tali pauperi tribueres, cessaret tibi obligatio dandi elemosynam; quia haec solum adest, dum non potes alia via ciui necessitati prouidere. Sed in casu praesenti potes necessitati pauperis subuenire elemosyaa debita ex voto, & penitentia. Ergo alia elemosyna ex precepto misericordie non debetur. Ex quo manet soluta ratio in contrarium: Missa enim in die festo absoluere est debita, etiam quacunque suppotione facta, secus de elemosyna indigent.

**9.** Quinque insertur quid dicendum, cum pro multiplicazione tituli res multiplicantur est, v.g. debes dare pauperibus centum ob iniuste ablatu, alia centu ex voto: alia ex penitentia: si centum largiaris eutiam ex his obligationibus satisfaciebas. Omibus est impossibile, quia non debes solum centum, sed ter centum.

Et quidem si decreueristi vni illatum obligationum satisfacere, illi satisfaciebas: quia illud opus de se integrè satisfactum, pro qualibet illatum obligationem: solum ergo indigebat determinatione, ut portas vna obligationem pte ans satisfaciebas: hinc autem determinationem a tua intentione haberis. Ergo. Et videatur hoc decimus in l. vni pluribus ff. de solutione. Sic Sanch. lib. 1. in Decalog. cap. 14. num. 8. Bonac. disp. 1. de legibus & iustis. p. 10. num. 11. Limitanda tamen est haec doctrina, ne superioribus contradicat pro obligationibus. Et quae hoc satisfaciuntur, & tu voluntate pendet illorum satisfactio. Alias tuis intentionis & applicatio nihil deferunt. Quid dixerim, ut intelligas, si die festivo audias factum, intentione satisfaciendi votu, intendens aliud audire intentione satisfaciendi Ecclesiæ precepto, votu non satisficas, sed Ecclesiæ precepto, quia il. a Missa nou sub voti comprehensa fuit, sed sub precepto, vtpote debita.

Quod si decreueristi omnibus obligationibus satisfacere, cum sit impossibile satisfacere integre, satisfacis eo modo, quo possis: nam actus, qui non valeret, vt agitur, deberet valere meliori modo, quo potest, vt tradunt Doctores in cap. unico. s. idem quoque, de depon. in p. 6. & constat ex ipso textu. Quocirca in praesenti distinguendum est: aut opus est diuibile, aut indiuibile, si opus est diuibile, vt elemosyna, & largiaris centrum, cum debetas ter centum pto farto, voto, & penitentia, satisfaciebas pro rata parti cuiuslibet debiti: manebit tamen cuiuslibet debiti pars inoluta, cui onus habebis satisfaciendi: quia cum illa largio pecunia non possit omnibus debitis integrè satisfacere, & potest cuiuslibet parti, illa pars manebit satisfacta. Si vero opus indiuibile sit, vt elemonium, vel Missa, & intendis omnibus obligationibus uno solo sacro satisfacere, cum tria debitas, reputandas es virginiori obligationi satisfacere, ob rationem dictam: quia cum la Missa non possit dividiri in satisfactionem plurimum oblationum, sed necessarem vni tantum debet impendi: & ex tua expressa intentione non signatur: vna per alia, affixandum est, vt geniori obligationi satisfacere: quia sic valet actus, meliori modo quo potest. Quare cum præceptum Ecclesiastico præualeat voto, & votum præualeat præcepto Confessarij, conserberis prius Ecclesiastico præcepto, deinde voto satisfacete, & tertio penitentia.

Quod si nulli obligationi decreueristi satisfacere, sed illarum immemor opus debitum vatis obligationibus exequitur, tunc sequenda est decisio legis, cum ex pluribus ff. de solutione, vbi dicitur: Si debita sunt omnia equalia, nec quisquam decrevit, cui debito satisfacere velit, confessur omnis pro rata satisfacere, si antem alterum sit gravius, confessur graviori. Exice debitum ex iustitia: huc enim necessario requiritur intentio satisfaciendi: alias erit donatio liberalis, & non solutio, vt lœp in superioribus dictum est. Consentient in his Sanchez, & Bonacina supra.

## P N C T V M XX.

Vtrum pluribus actibus eodem tempore facitis possis satisfacere pluribus præceptis.

1. Affirmatio respondetur.
2. Explicatur conclusio, & refellitur quadam Doctorum missio.

**R**esponeo posse, si actus facias, quales exiguntur à quolibet præcepto, quia effectus, quidquid per præcepta exigitur. Ergo satisfacis illis: diuerteras enim temporum nullibi in præceptis exiguntur, & ita tenet Nauari: summ. cap. 21. num. 3. & cap. quando de confess. diff. inff. 1. cap. 19. num. 17. Henriquez lib. 9. de Miss. cap. 25. num. 5. Azor. tom. 1. lib. 10. cap. 12. q. 10. & lib. 7. c. 5. q. 3. Valent. 2. 2. diff. 6. q. 4. p. 1. vlt. coroll. 1. Suarez. de Sacram. diff. 18. ff. 6. n. 5. Bonacina. disp. 1. de leg. q. 1. p. 9. num. 8. Th. Sanchez lib. 1. in Decalog. c. 14. n. 14. & alii plures ab eisdem relati.

2. Dicte posse eodem tempore satisfacere pluribus præceptis per plures actus, si auct. facias, quales exiguntur à præceptis. Nam plures Doctores exiliunt regulatiter hoc esse.

impossibile: quia non potes pluribus actionibus incumbere ea attentione, quae à præceptis exiguntur: qua de causa dicunt te posse satisfacere præcepto audiendi Missam si simul velis satisfacere præcepto recitandi horas canonicas, quia attentione vnu actionis, attentionem alterius impedit. Sie Sylvest. verbo Missa 2. fine. Angelus verbo feria. num. 46. Armilla verbo festum. num. 1. & verbo Missa. n. 39. Rota verbo, Dominicana. num. 7.

Verum iure optimo haec doctrina ab aliis Doctoribus, principiè Nauari. Azor. Henriquez. Suarez. Sanchez. & Bonacina non admittunt: non enim potentia intellectiva ita limitata est, ut nequeat dupli actioni simul attendere, & experientia confit. recitante calculum virginem, vel horas canonicas posse sufficienter testificari de omnibus, quae in Missa contigerunt. Signum ergo est manifestum attendisse sufficienter. Addi non requiri in iugendis actionibus diuersem attentionem, sed vnam: non enim necessit. est, vt ad verba, & sensum illocutum, quae in Missa, vel horis canonicas proficerunt attendas, suffici si attendas ad Deum, & quæ attentione virtutis operi concurrit, & sufficiens est.

## P N C T V M XXI.

Quando censeatur peccare impedimentum apponens, vel non tollens legi, vel præcepto adimplendis.

1. Proponitur dubitandi ratio.
2. Respondeatur questioni sub distinctione, & affirmatur præcepta naturalia per se obligare omnia impedimenta tollere, secus præcepta positiva.
3. Explicatur doctrina.
4. Proponitur obiectio, & fit satio.

**S**Emper videris peccare, quoties impedimentum apponis ex executione præcepta, vel iam impedimentum apponit non tollis, vel apponendum non removis: quia superius præcipiens finem, simul etiam, & media censetur præcepere. Sed est medium necessarium removere impedimenta, quæ executione præcepta obstant, vel iam postea removuntur. Ergo si id non facias, peccas.

2. Ceterum haec doctrina ita generaliter sumpta vera non est: non enim excommunicatus tenetur ex vi præcepti audiendi Missam, absolutionem quartæ excommunicationis, vt plures Doctores docent, quos refero in materia Eucharistie in fine, vbi de præcepto audiendi Missam; neque tenetur diues non laborare, vt possit elemonium servare, neque peregrinationem in alium diem differre, vt censent plures. Quocirca distinguendum est inter præcepta naturalia, & positiva, & affirmandum præcepta naturalia per se obligare omnia impedimenta illorum executioni obstantia removere: & media, quæ ad illorum executionem per se necessaria sunt, apponere, & quæ cum obligatione horum præceptorum ex ipsis rebus nascatur, nequit limitata esse obligatio pro uno, vel altero medio, aut impedimento & non pro omnibus. Vnde exequens officium iudicis, Confessarij, Adiutori, tenetur addictere, que necessaria sunt ad illius rectam executionem, & removere impedimenta, quæ obstante visa fuerint. Et obligatur lege chartiaris succurrere indigenti, elemosyna corporali, vel spirituali correctione, tenetur media necessaria apponere, & impedimenti, quæ vider obstante, removere: quia haec obligatio ex ipsa rei natura nascitur: & si natura præcabit absolute finem, & media necessaria ad illum præscribente debet. Quare nisi iusta aliqua causa intercedat excusationis, præceptum ad haec omnia potesta, vel remondanda obligat. Neque in horum præceptorum impedimentis video esse inter Doctores dissensioem, solum enim est dissensio pro sufficiensi causa excusationis.

At in præceptis positiviis secus dicendum est: non enim ex vi horum præceptorum tenetis omnia media, quæ videntur aliquo modo necessaria ad illius executionem apponere, vel impedimenta removere, quia non obligant cum tanto gravitate: cum enim horum obligatio ex voluntate legislatoris procedat, poterit legislator illorum obligationem statuere sub conditione, quod liber, & expeditus exsit, non verò imperare tibi expeditionem. Quod exemplo de excommunicatione pro præcepto audiendi Missam, & exemplo peregrinationis pro præcepto ieiuniij illustri potest. Quæ autem finis media apponenda, quæve impedimenta remouenda pro executione horum præceptorum, non videtur posse certa regula definiri: aliquia enim sunt graviora præcepta, alia leviora, & sic media apponunt, vel impedimenta remouent proximiora, vel remondiora: quare ex modo, quo quodlibet præceptum recipuum est, peti debet haec obligatio. Sic docet Thom. Sanch. lib. 1. in Decalog. c. 15. num. 4. sa 2. 1. 2. 3. 7. tr. 1. 1. 3. diff. 2. 1. 2. 3. 4. 17. & 18.

3. Verum est hoc ita sit, credo omnia illa media, quæ per se, & intussec, seu ex natura rei necessaria sunt ad illorum executionem

ctionem, te obligatum esse apponere, & omnia illa impedimenta, que per se, & ex natura rei obstant, remouere. Cetera vero petenda sunt ex consuetudine, & modo quo praeceptum receptum est. Primum partem probo, tum ratione superioris potissimum enim finem, consequenter praecepere censendus est, que ad illius executionem necessaria sunt: alias non efficaciter haec intendere, sed diminuire procedet: tum exemplis. Si enim die festivo nolis à lecte surgere, & Ecclesiam adire, sed ludo occupari, peccas contra praeceptum audiendi Missam, Item & obligatus horas canonicas recitate, proicias Breviarium, aut nolis habere, peccas: quia hæc omnia sunt media per se, & intrinsecè necessaria ad illos præceptorum executionem: & hec tenent supradicti Doctores. Quia ratione dicunt, si aliquis die festivo, vel nocte proxima se inebriaret, prævidens impediendam est à Missa audire, p. certe cum se inebriat, contra præceptum audiendi Missam, quia apponit impedimentum per se obstantem præcepti executioni.

Dixi, si die festivo, vel nocte proxime te inebriares: quia tunc iam censetur mortaliter adesse præceptum, ac proinde efficiaciam habere remouendi impedimenta obstantia illius executioni. At si antequam dies præcepti adveniat, vel quasi in proximo sit, te inebriares: vel cibum nocuum sumeres ex quo prævideres infirmitatem tibi obvenerem, & impedimentum apponendam recitatione horarum, Missæ, & ieiunio: non videtis, tunc adiuvias haec præcepta peccare: si quia non videtur extendi ad media, & impedimenta ita remota: & doceat Salas, & Sanchez super. Adde aliquos Doctores, etiæ concedant te inebriantem die, quo est præceptum audiendi laetum, vel recitandi horas, ex qua inebriatione impeditur eum excurso, peccare aduersus haec præcepta: At admittunt sumentem vnum, aut nocuum cibum, prævidens ob mortuum se omisimus Missam, horas, & ieiunia, aduersus haec præcepta non peccare, sic Henricus, lib. 9, cap. 25, num. 11, in com. litt. P. quamvis non exprimat, si id faciat eo die, quo virget præceptum. At Med. 1.2. q. 77, art. 7, & in sum. in declarat. 3, præcepti cap. 14, & 10. fol. 101, de eodem die loquitur, & dicit non peccare contra præceptum ieiunij, eum qui iter facit, ut huius concubinam, seu amicam, vel labora in venatione, vel in ludo pilæ, prævidens inde fore, vt die illo non per illi ieiunare, & Thom. Sanct. lib. 1, sum. cap. 15, referens hanc sententiam, non videtur ab illa differire, tamen enim dicit obligare, ne haec impedimenta in fraudem ieiunij apponantur, hoc est ex intentione violandi illud: confessit. Joan. Sanchez disp. 54, fol. 10, & addit., etiam si fiant ex intentione non sequandi ieiunium, adhuc non peccare, quia illa non est intentione violandi ieiunium, cum obligari, sed intentio excusandi se à ieiunio obligatione, seu apponendi causam excusantem: quare autem causam excusantem ab obligatione præcepti, non videtur esse contra præceptum.

Ego vero huic extensioni acquiescere non possum sicut neque Salas, & disp. 100, 1. 1. scilicet 13, & 1. 2. scilicet 9, n. 118, acquisit: imò abolutè dicit esse falsam sententiam Medinae, & ab omnibus reprobatam, intellige ab antiquis Doctribus: (nam recentiores aliqui eam approbat.) Monachus, quia nullam distinctionem inuenio inter inebriantem se, & ex propotio dormiente volentem die, quo debet audiire Missam, & inter edentem cibum noxiū, ex quo prævidet impedimentum esse apponendum, quo minus Missam audiatur possit, virumque enim impedimentum, neque obstat præcepti executioni: si igitur in eo, qui se inebriat, vel dormire vult, omnes admittunt omisitionem Missæ imputari in causa, ita debet imputari ei, qui cibum sumit, ex quo infortias, & impedimentum nascitur, quoniam minus audire Missam possit. Item nullam ferè differentiam inuenio in eo, qui die festivo vult ludere tempore, quo Missa dicenda est, vel in eo qui vult ludo pilæ vel alio labore non necessario, neque honesto occupari: ex quo violatio ieiunij est sequenda, lo vitioque enim causa impedimentum apponitur præcepti executioni per causam, cuius positio nulla ratione honestatur. Neque hoc rigidum, & datum alieni debet videri, sed ratione multum conforme. Ratio enim dicitur, vt quando virget præceptum, vel tam est in pendente, vt virget, remoueatque quæ illius executionem impeditur, & apponantur quæ ad illius executionem necessaria sunt. Quando vero præceptum non adhaeret, neque proxime est ut oblige, facilius permitti potest non prohibere causas obstantes illius executioni: & in hoc sensu iustiori potest considerentur cibum noxiū, vel exercitentur actionem, ex qua actione executio præcepti Missæ ieiunij, recitationis impedienda est, non peccatum aduersus haec præcepta: si, inquam, illa faciat, non eo die, quo præceptum occurrit, vel in proximo est, ut occurrat, sed aliquibus diebus antecedentibus.

4. Dices ergo agricola, vel alius officialis non poteris labotare die ieiunii, neque pergitationem aliquam facere, aut honestum aliquid opus, & pium exercere, si inde sciat impotentem reddi ad ieiunandum; & si hoc potest, poterit etiam ludo pilæ, & venationi se committere, quia peccat poterit etiam illa omnia exercere, sciens impedientium esse ab auditione Missæ, & recitatione horarum: Hoc obiectio proba secundum

partem nostræ conclusionis, scilicet plura esse impedimenta, quæ ex confutudine, & communis Doctorum sententia apponi abque culpa possunt executioni præcepti: seque illa sunt confenda impedimenta, sed exemptiones ipsiusmet præcepit, præceptum enim ieiunij, v.g. obligat vacantes otio, non labores: quare qui die ieiunij laborat, etiam in labore fibi non necessario, non videtur comprehensum sub præcepto. Alias descendunt effet teneri agricolæ, fabros lignarios, & ferrarios ducites, quicquid facilè labore excusat possunt, à labore cessare, vt ieiunium teruent: quod est contra receptionem sententiam, vt tradit Ioan. Sanchez disp. 54, n. 14. Eadem ratione peregrinantes, vel se flagellantes, atque opera pia exercentes, quibus cum compati non potest ieiunij oblectatio, videtur excusat, sic Joan. de Friburg. in sum. Confessor, lib. 1, tit. 12, g. 19. Et 29. Ariolet. in Encycl. 2, p. de ieiunio, for. 89. Atest. 2, par. tit. 28, q. 3. Joan. Sanchez disp. 54, n. 21. Et 22, quia præceptum hoc solùm illum labore videtur remouere, qui neque necessarius est, neque honestus. Vnde censio non excusat cum, qui ludo pilæ, & venationi se committit. A præcepto autem audiendi Missam, & horarum recitatione, cum virget, censio excusat non fore, cum, qui labori quantumvis pro se exercet: nisi ad illud exercendum obligatus ex charitate fit supercepta: enim illa remouent omnia impedimenta, quæ absque graui detimento tui, vel proximi omni possum.

## P V N C T V M X X I I .

In quibus sit potestas leges civiles condendi.

1. *Ceterum est hanc in omnibus esse potestatem.*
2. *Hac potestas non est à natura, sed a republica.*
3. *Quia ratione hac potestas sit à Deo.*

1. **H**ucusque de obiecto legis, de eius publicatione, & obligatione, quam inducit, sermonem fecimus: pergamus inveniet gate caulan eius sufficietem.

Primum supponendum est vt omnino certum, esse in hominibus potestatem leges ferendi, quia sine illa communitas hominum gubernari non posset: nam (vt dicit Sapiens Prover. 11.) ubi non est gubernator corruit populus; sed gubernator exercere officium non posset, nisi medijs legibus. Ergo vel ab alio debet illas recipere, vel ipse, si supremus sit, debet illas condere.

2. Hanc autem potestatem ferendi legem nullus habet à natura, quia natura omnes homines fecit liberos, nemini enim potestatem, & jurisdictionem politicam in aliud concessit. Restat ergo, vt solùm ipsa communitas huminum habeat à natura hanc potestatem: hanc autem habent, eo ipso, quo plures familiæ velint se in ieiunem iuare, & metu se vinculo societatis vni: nam sine potestate ferendi leges, non possunt in pace, & iustitia gubernari, & conservari. Quapropter per villam potentiam non potest impediti haec potestas. Verum quia communitas iudicavit se rectius gubernari posse, aliquo singulari, vel aliquibus, quam omnibus, quia si omnes ad regimen sui concurrent, effet non leuis confusio, & continua perturbatio, præcipue si effet magna huminum multitudine; ideo totam suam potestatem translati in unum, vel in plates aliquos determinatos, qui regere, & gubernare tempubican posse, potestate ab illi accepta: & in his omnes ferè concurrunt cum D. Thom. 1.2. q. 90, art. 3, ad 2, & q. 97, art. 3, ad 3, & tradit Naturar. in cap. nouit. de indic. notab. 3, num. 119. Castro lib. 1, de lege penal, cap. 1, postquam Suarez lib. 3, de legibus, cap. 2, n. 3. Conatur, præcap. 1, concus.

Ex his inferitur, quiclibet Regem potestatem habere condendi leges à republica immediate: constat ex supradictis Doctribus, & decidunt in 1. ff. de constitutionib. Principum, & 1. 3, §. nouissimè, de origine iuris, & tradunt ibi Doctores, & Canonizib. in cap. per venerabilem, qui filii sint legitimi. Ratio est manifesta, quia non habet à propria natura, cum hæc omnibus communis sit, & nulla sit ratio, quare magis vni, quam alteri hanc potestatem, & jurisdictionem politicam concuerit. Habet ergo ab ipsam communite.

4. Peccare habere à Deo immediatè, inulta illud Pauli ad Rom. 8. Non est potestas, nisi à Deo. Et qui potestas resistit, Dei ordinarii resistit; & Ioh. 19. dicit Christus Pilato, Non haberes in me potestatem ullam, nisi ibi dara esset desper, & Prouet. 8. dixit Sap. Per me Reges regantur, & conditores legum iusta decernunt. Secundò si à republica habetur hanc potestatem, effet republika superior Rego, & posset Rego pro liberato habere potestate priuare, quod videtur falsū. Ergo signū est à Deo haberit.

Reipendeo omnem potestatem regum à Deo esse immediate,

sed non inde inferunt in alio prius immediate, non suffice,

fut quidem immediate in ipsa communitate, à qua in Re-

gem translata fut. Sed haec prioritas non obstat, quoniam in

Rege immediate à Deo sit potestas, rum quia non est alia po-

testetas in Rege, quā illa potestas, quā fuit in communite-

tum quia ipse Deus sua speciali prouidencia hanc transla-

tionem, seu successionem ordinavit. Adde suppedita potestate

in

DE  
ASTRO  
PALACI  
TOM.  
III.  
E

in Rego, Rex gerit vicem Dei, quia quidquid Rex imperat, Deus imperat ex quo.

Ad secundum nego absolutè tempubilem manere superiorum illo, in quem trahunt potestatem, hac enim translatione, abdicavit à se dominium, & se Regi subiecit; sicut si te vendes alicui in terrum, maneres quidem supposita venditione inferior, et si antea non es, neque postea facta venditione illum dominio tui private: sic proportionaliter in republica contingit, facta tunc potestatis translatione.

Sed quia haec potestas in variis personis residere potest, ideo expendenda sunt, in quibus dubium est residere. Doubitatur, inquam, primum de Pontifice, & imperatore respectu totius orbis, Rege, & Regina, cuius regni competit, de communictariis a minori suicietis, de aliis qui Regi subduntur, de magistris, de paternis, de marito resp. & uxoris. De singulis ergo examinandum est, qua ratione ius habeant condendi leges ciuiles.

### S. I.

#### Quid dicendum de Pontifice, & Imperatore respectu totius orbis.

1. Pontificem non habere potestatem condendi leges ciuiles ratione orbem obligantes.
2. Neque hinc decisio obstat derogatio, quam sapientia facit, legum Imperatoris, aliorumque Principum.
3. Pontifex in terris sibi subiectis leges ciuiles condere potest.
4. Idem dicendum est de Imperatore, legitime electo, comparatione regnum, quae sibi subduntur.
5. Extra illa regna non valent leges ferre.
6. Bene potest leges ferre obligantes illis in regnis, in qua habet directum dominium, tamen si immediata non gubernet.
7. Deficientibus legibus propriis, dictis Pontifice, & Lusitania, leges imperatoris in causis decidendi obligant, secus in Hispania, & Gallia.
8. Qui negens etiam ex conscientia non esse obligatos indices Hispanos legum ius ciuile deficiente proprio.
9. Probabiliter credo oppositum.
10. Satisfit rationibus n.8., additius.
11. Ob transgressionem legum ciuilium si non procedat aduersus ius naturale, nulla pena debetur.
12. Quid dicendum cum ius ciuale contrarium est Pontificio ciuili.

**C**ommunis, & vera sententia est, Pontificem non habere potestatem ferendi leges ciuiles obligantes totum orbem, neque totum populum Christianum, sed solum habere potest, et ferendi leges obligantes terram sibi temporaliter subiectam, sive Bellatim, lib. 5, cap. 2.3. & leg. Nauar. cap. nouit. de iudic. notab. 3, n.19. Cœur. reg. peccat. p. 9. n. 7. Molin. tract. 2. de iust. disp. 29. Suarez de leg. lib. 3, cap. 6. m. 3. & p. 3. tom. 1. disp. 48. section 2. fine. Bonacina disp. 1. de leg. qual. 1. p. 3. n. 5. Salas disp. 7. de leg. sect. 4. n. 3. & alijs pluribus ad eisdem relati. Et quidem non habere potestatem ferendi leges obligantes infideles, constat ex Paulo 1. Corin. 15. dicente, quod hic quis fuerit, quid ad nos? qui nihil circa illos Pontifex statuere possit, & in cap. gaudemus, de diuiniis, deciditur confirmationibus canonicos non obligari paganos. Ergo a fortiori obligati non poterunt legibus ciuitibus. Circa fidèles vero commorantes in terris Imperatoris, & Regibus alius que Principibus subiectis inde probatur, quia huiusmodi Principes habent supremam potestatem ciuilem, & temporalem, in suis subditos, ut constat ex cap. duo sunt, cap. cum ad verum, 96. disp. 1. & cap. per venerabilitatem, qui filii sunt legitimis, cap. solita de maiori, & obediens, cap. nouit. de iudic. Ergo Pontifex supremam iurisdictionem non habet, alias derogat iurisdictio Pontifici tribus, non temporali, vt fere omnes Doctores exponunt illis verbis dictis Petro, Tibi dabo claves regni celorum. Passe ones mens. Quocirca ut Pontifex temporalem iurisdictionem haberet, sicut reliqui Principes factores, indiguit illa donatione, quam illi Principes fecerint, ut constat ex cap. ego Ludovicus, 63. disp. & cap. Constantinus, 96. disp. cap. fundamenta de elect. in 6.

2. Neque obstat Pontificem sapientia derogare leges Imperatoris, & Principis supremi, ut patet ex cap. vigilanti, & cap. fin. de prescript. & reguli, professor, de reg. iur. in 6, vbi Pontifex abrogavit legem ciuilem permittere prescriptionem cum mala fide; & in cap. cum haberet, de eo qui duxit in matrimonio, concedit, & mandat filii illegitimi præbere alimenta, quæ legibus ciuibus negabantur. Non, inquam, hoc obstat, quia haec leges latæ a Pontifice sunt leges canonicae, saltem animatum speclaries, quando enim Pontifex videt Principes factores ferre leges æquitati contrarias potest, & debet suis legibus abrogare,

sicut in supradictis exemplis factum est: lex enim illa de prescriptione mala fid. fouebat fraudes, & latrociniis, lex item ne-gans filii alimenta præcavi naturali aduersabatur: merito ergo reprobari debebant ab illo; cui animarum cura commissa est. Iten quando Pontifex videt Principes factores negligentes esse in statuendis his, quæ ad rectum regimen suorum subditorum pertinent, ob cuius negligenciam peccata gravantur, poterit ei quis legibus praecavere: neque enim hoc est directe potestat habere temporalem in subditos imperiales, & regios, sed solum habere in illis spirituali potestatem, illorum conscientias spectantem: ratione cuius prouideret, & statueret potest, quidquid necessarium, & convenientis indicavit: & in hoc sensu Bonifac. VIII. in Extravaug. unam sanctam de maiori. & obed. dixit, oportere gladium esse sub gladio, hoc est, temporalium Principum iurisdictio etiam spirituali Pontificis subiecti.

3. Quid vero Pontifex in teris sibi subiectis habeat temporali iurisdictionem, nemini dubium esse potest, cum spirituali iurisdictioni temporalem non excludat, vt habetur in supradicta Extravaug. Bonifac. VIII. Addo Reges & Principes transtulsi in Pontificem potestatem gubernatuum. Ergo & legislatuum, quæ gubernatura necessaria coniuncta est.

4. Quid si de Imperatore loquimur, conflat apud omnes imperatores legitime electum posse leges ferre in proutis, & regno sibi subditu, quia in illis habet suam temporalem potestatem, & iurisdictionem, decidiaturque in l. 1. C. de vet. iur. concil. & l. 1. be-ne in Zeno, C. de quadri. prescript. & l. 4. & viii. C. de legib. Item Imperatores antiqui potestatem habebant condendi leges obligantes totum suum imperium, vt constat ex supradict. leg. & ex toto iure Carolare, qui auctoritate imperiali constitutus est, & specialiter ex l. 1. C. de vet. iur. enccl. vbi dicitur solum imperiali auctoritati leges condere, & interpretari esse confessum: sed eandem potestatem habet nunc Imperator Romanus legitime electus in terris sibi subditis. Ergo Dixa, legitime electus: nam si caret legitima electione, caret potestate legislativa, sicut careret, qui per vim, & iniustitiam regnum occuparet. Contingere autem potest, vt bene dicit Suarez infra referendas, successu temporis populum admittere talem principatum, & tunc ratione consensus populi, potestatem habere legitimam. Addo, dum expelli non potest, confundis est illam habere, ne maiora mala prouenant, etiam enim maius malum carece populum gubernatione via, quam permitte gubernari a tyrono, quem à te expelere non potest: & ita tradunt Salas disp. 7. de leg. sect. 11. Moxia de iustis. tract. 2. disp. 13. Suarez lib. 3. de leg. cap. 4. num. 4. Bonacina disp. 1. q. 4. p. 3. n. 5. circa med.

5. Nullo autem modo potest Imperator legitime electus extra regna, & provincias sibi subditas leges ferre, quia non habet potestatem, & iurisdictionem illis in locis: nam vel illam habere debet a Christo Domino, vel iure belli, vel electione populi. A Christo Dominum illam non habet: nam si Pontifici data non est, vt diximus, minus sensibiliter Imperatori concessa. Addo nullum repertum locum in Scriptura, unde talis potestates concessio intelligatur. Ergo sine fundamento hac affirmanda sunt: iure autem bellii constat Imperatorem nunquam occupare terras, quæ Regibus aliis subditas sunt: quales sunt Hispania, Galia, & Belgia, electione tamen minus id conflat. Ergo non est vide ceteri debent, in totum orbem iurisdictionem habentum. Addo Pontificem in teris subiectis sibi potestatem temporalem supremam habet, Regem Hispaniam, & Regem Gallie in suo regno, & sic de aliis. Ergo non potest Imperator illam habere: & ita sicut omnes Doctores sentiunt, vt videtur est in Molin. tract. 1. de iust. disp. 24. 29. & 30. Suarez lib. 3. cap. 7. n. 8. Valquez 2. 2. disp. 13. 3. cap. 1. Bonacina disp. 1. de leg. q. 1. p. 3. n. 5. vers. dixi.

6. Adiutor tamen Imperatore habere dominium directum in aliqua regna, & provincias, eti ab alio, ranguam à supremo domino gubernatur. Nam ideo Imperator illa regna per immediate non gubernet: at recognoscitur a Duciis illorum regnum tamquam supremum Princeps iure feudi, vel alio simili titulo. Et in his provinciis, & regni leges Imperatoris vim, & obligationem habent, & obseruantur debentes quamvis non soli: quia possunt habere proprias leges a suis Principibus latas, tradit Bonacina supra Salas disp. 7. section. 8. num. 4. Valquez cap. 2. num. 24. Suarez cap. 8. n. 1. At autem ipsi Principes imperio subiecti possunt imperatoria leges suis legibus derogare: Respondebat optimus Suarez ex conscientia, & & vbi colligendum esse: potuit enim a principio dari illis dominium provincie ea conditione, vt legibus imperatoris gubernarentur: neque possent aliquis facere, quibus earum obseruantia diminueretur, sed potius fueretur, vel posset dari ea conditione, vt legibus imperatoris gubernarentur, cum proprias non haberent: qualiter autem fuerit concessionem, colligendum est ex ipso vbu, & conscientia.

Extra has vero provincias, & regna leges Imperatoris per se non obligant. Vnde non obligant in regno Hispanie, Galiae, Lusitanie, Flandria, & similium, quia neque Imperator est illorum regnum gubernatur, neque iure feudi, aut alio titulo simili ei subiecta sunt.

7 Sed dum est, an deficientibus legibus propriis horum regorum, gubernari debant legibus imperatoris, in causis, inquam, decidendi.

Et quidem de provinciis Pontifici temporaliter subiectis id affirmandum est, quia ita Pontifex statuit, cap. 1. de noui operis unius, quod pro causis spiritualibus decidendis vim habet in tota Ecclesia: pro temporalibus autem solum in terris temporali Pontifici subiectis, sic Suarez lib. 3. cap. 8. num. 2. Bonacina num. 5. Valquez disp. 153. cap. 2. Salas disp. 7. sect. 8. num. 46. Idem dicendum est de regno Luciferi, deficitibus enim propriis legibus, decidendi causas et legibus iuriis ciuilis, non Pontificis, etiam Pontificium contrarium sit ex lib. 3. ordinam. iii. 64. In regno autem Gallie, & in Hispania nullo modo tenentur iudices deficientibus propriis legibus leges ciuilis sequi in causis decidendi, quia in legibus ilorum regnum, nullib[us] est statuta talis obligatio.

8 Solum est dubium, an ex consuetudine teneantur iudices sequi decisiones iuriis ciuilis deficienti iure proprii regni, praecipue Hispania? Negat Suarez num. 5. & adducit Gregor. Lopez leg. 6. tit. 14. part. 3. Franc. Varg tract. de posef. Pontif. axim. 7. n. 10. Bernard. Diaz prædic. quæst. 144. circa fin. vbi Silcedo. Moutier, quia non constat de tali consuetudine, quæ fuerit introducta conscientibus, vel scientibus, Regibus. Item quia Philippus II. nouissime renouauit l. 1. & l. 2. Tauri, in qua decidunt causas decidendas esse per leges horum regnum, & non per alias: habeat l. 1. & 2. lib. 2. noua compilat. Quid non videatur dicendum, si deficientibus legibus nosfiri leges ciuilis sequenda forent, item non probatur confusio, & vnu ex eo, quod iudices frequentius judicent per leges eis deficientibus propriis, quia id fieri potest non obligatio, sed imitatione, quia scilicet aquitati proximiorens videtur.

9 Verum mibi probabilis est tenet iudices Hispanos leges ciuilis sequi in causis decidendi, si deficienti legi proprie, probat late, & erudit Burgos de Paz in l. Tauri, a num. 520. Anton. Gomez ibi num. 10. Didacus à Castillo ibi verbo, no se vise de ella, & in l. legg. in verb. p[ro]p[ter]e por[er] ella, & no por alias, & infra l. 2. verb. p[ro]p[ter]e religios. col. 8. Moucor primò quia leges ciuilis scriptissime allegantur in tribunalibus, cum propriis deficientibus legibus sequantur: si autem iudices eas non teneant sequi, nullius virilitas est illas allegare. At videmus, & telant Burgos de Paz iudices etiam supremos non audire his legibus contraria, nisi cum nostris legibus aduersancur. Ergo ex obligatione habent illas sequi. Secundò ex l. 2. tit. 9. lib. 3. que fuit edita Batincione anno 1493, vbi sanctius nullum iudicem effici posse, ab[us]o eo, quod iuri canonico, & ciuilis per decem annos studuerit: si autem ius ciuile ad causas decidendas non deferunt, etiam deficientibus propriis, ut quid tanta cara apponenda erat in eius studio? Tertio, quia leges ciuilis, que peccatum non autiunt, in maxima aquitate fundantur. Ergo cum convenientiis sit iudices regulam aliquam habere in causa decidendi, ne se periculo errandi exponant, & ex iure regio illam non habent, mutuari debent ab imperiali iure. Et confirmo ex cap. 1. de transfectionib[us], vbi cauter, cum index inscriptum non habet in causa decidendi, aquitatem causam dimittat, & probat texus in l. quod si Ephesi, in fine, ff. de eo quod certo loco. Sed ad hanc aquitatem secundando nullus modus aperte esse potest, quia lex imperialis deficitibus propriis. Ergo. Addic causam decidere ex proprio cerebro, prætermis suis ciuilis sanctionibus, etrandi periculo non leui est expositiu quod damna texus in l. 1. & mirabile, C. de ret. iure enucleando. ibi. Et proper ipsam conscientiam, & voluntatem iudicium magis quam legitima autoritate lites dirimenterunt. Quarto non leuter probatur haec sententia ex preludio legum Matriti anno 1501. vbi loquens Rex de causis decidendis, affirmit decidit debere por las leges de las partidas, & de los fueros, & ordenamientos, & pragmaticas, y por derecho commun. In quibus ultimus verbis ius ciuile intelligitur. Ergo iuste ciuili causa decidit debent, deficitibus legibus propriis.

10 Neque obstant superius allegata, solum enim probant, sanctoribus legibus nostri regni, per illas, & non per alias leges decidendas esse causas, vel probant non esse in Hispania causas decidendas per leges ciuilis, & imperiales, deficitibus propriis, tanquam per leges per se obligantes, sed tanquam per solidas quadam rationes, & aquitatis, & rationi naturali maxime conformes. In quo sensu probat Burgos de Paz num. 546. ex Holsteni, & aliis, in Gallia vndeum esse legibus ciuilibus, cum propriis deficientiis: neque contrarium esse texum in cap. super speciali, de privilegiis, quia interpretandus est, quod Galli es non vt leges obseruant, sed vt rationes, & decisiones iuri naturali conformes, vel quod non obseruant imperiales ex causis propriis.

11 Placeat tamen mihi sententia Suarez, Gregor. Lopez, & aliorum super, neminem esse puniendum propter transgressionem legum ciuilium, si actus non sit contra ius naturale, vel regi: neque contrarium fore iriticum, est à iure ciuili irritum, si tamen iure naturali, vel regio non irritatur: quia si hoc effectus leges ciuilis haberent, obligarent sanè Hispanos, sicuti propriis, quod non est dicendum.

12 Sed aduersus supradicta obstat: quia si deficientibus legibus nostri regni, sequendum est ius ciuile non in vi legis per se obligantis, sed in rationis, & directionis iusta, Ponamus iati ciuili Pontificium esse contrarium. Quod ergo sequendum est? Suarez num. 6. facile ab hac dubitatione le exituit: affirmat namque neutrū ex obligatione esse sequendum, ex consilio, & aquitate Pontificium. Verum Gregor. Lopez lib. 3. tit. 14. part. 5. & Salcedo præst. quæst. 144. litt. C. affinitat sequendum esse ex obligatione Pontificium. At credarem præferendum esse ciuile Pontificis: (loquor de Pontificio eiuli, non canonico). Moucor, quia ius Caesareum ideo vocatur commune, quia commune est omnibus regnis, cum proprium deficit. Secundò, quia ius Ca[esar]eum permittit allegari in causis decidendi: at ius speciale Pontificium nullo modo. Tertiò, quia ipsem Pontifex mandat ius Caesareum sequi in suis provinciis, cum proprium deficit. Ergo si Rex Hispanie idem intendat, & velit, vt deficiente proprio iure commune sequatur, rationabiliter, & iustè videtur procedere.

## §. II.

Quid dicendum de Rege, Regina, aliisque subditos habentibus.

- 1 Rex, & supremus Princeps leges ferre potest.
- 2 Ali quando illas ferre non potest independenter à regno.
- 3 Regna si dominia est regni, & viro soluta, leges ferre potest.
- 4 Proponit obiectio, & fit laus.
- 5 Matrimonio adstricta dubium est an gaudeat hac potest, vel illam integrè transferat in matrimonium.
- 6 Probabilitas est hanc potestatem retinere.
- 7 Solutur ratio dubitandi n. 5. adiuncta.
- 8 Qui iubito habent ratione dominij, & non iurisdictionis, leges ferre non possunt.
- 9 In quo potestas dominij, & iurisdictionis distinguuntur.
- 10 Communicates perfide, seu supremam habentes iurisdictionem, leges ferre possunt.
- 11 Seus que in Principem potestatem transulerint, nisi ex priuilegio, vel vnu convariarum constet.

1 Ceterum est quilibet Regem supremum habete potestam ferendi leges in suo regno, quia habet potestatem gubernationum, quae sine legislativa eis non potest. Bart. in l. vlt. C. de legibus. Bald. cap. 1. de consilio. Nauart. cap. novit. de iudice, notab. 2. n. 110. Suarez lib. 3. cap. 9. n. 2. Bonacina disp. 1. g. 1. p. 3. n. 7. Salas disp. 7. sect. 11. num. 5. & fecit omnes expositores D. Thom. 1. 1. q. 90. art. 3.

Idem dicendum est de aliis Principibus supremis, qui superiorem non cognoscunt quoad temporalem iurisdictionem, quocumque nomine nunupent. Dukes, Marchioness, Barones, &c. Qui vero superiorem agnoscunt, examinate debent, quia ratione illis concessa est facultas gubernandi, & leges ferendi: an, inquam, dependenter à Principe supremo, an independenter ab illo: & pro modo concessionis erit potestas ferendi leges, sic Suarez num. 3. Bonacina suprà, Salas sect. 8. n. 46. Valquez disp. 153. cap. 2. & 3. Idem cum proportione dicendum est de magistratibus, seu gubernatoribus, quibus regimis provincias incumbit, possunt enim hi vel ex lege, vel ex constitucione, vel ex speciali voluntate Principis leges ferre: quia potestas leges ferendi delegabilis est à Principe, cùm sit potestas iurisdictionis. Vide tamen debet, quan habeant potestatem, sic præcati DD. Bonacina, Suarez, Salas suprà, in Hispania autem nulli gubernatores, Dukes, Comites & Dynastæ habent potestatem leges ferendi, quia in l. 12. tit. 1. part. 2. exp[licit] illis prohibetur.

2 Adiutor tamen aliquando Regem, etiam supra supremus sit, non habere potestam ferendi leges independenter à regno: vt dictum de regno Aragonie, quod sub hac conditione Regi tradidit gubernandum, cum enim tota potestas legislativa sit prius in communitate, & ex illa in Regem fuerit translata, potest communitas sub hac, vel illa conditione potestatem tradidet, & tunc communitas legislativa erit simul cum Rege, & Rex cum communitate. Ita Suarez lib. 3. cap. 9. num. 3. & cap. 19. num. 6.

3 Sed inquires, quid dicendum sit de Regina? Respondeo: si ipsa domina est regni, & matrimonio alligata non est, leges ferre potest, sicuti quilibet alias Rex supremus, quia ratione dominij regum habet in se potestam legislatiuam, cum alio modo regnum gubernare non possit. Secundo, quia ipsa feminis capax est regiae iurisdictionis, cap. dilecti, de arbitrio, cap. ex parte, el 2. de privilegiis. Ergo capax est principiatus illius, qui est leges condere. Tertio sequeretur peccatum, qui regum feminis relinquere, siquidem tribueret potestam ei, qui eam exercere non potest. Quocirca Regina regni domina poterit leges condere, & causas cognoscere, & sententias ferre, quia haec omnia non excedunt potestatem sibi concessam, & ita tradant. Innoc. & Panormi, in t. dilecti,

dilecti. Suar. lib. 3. de leg. c. 9. n. 9. Bonac. dis. p. 2. q. 1. p. 3. n. 8. Salas dis. p. 7. scilicet 11. & ferè omnes.

<sup>4</sup> Sed obijcies, Paulum 1. ad Timoth. 2. dicentem, docere mulieri non permittit, neque dominari viro, sed cum leges fort mulier, docet viros, quæ debant facere, illisque dominatur. Ergo non est illi permisum. Secundò in I. Tertius, ff. de reg. iur. habetur feminas ab omnibus officiis publicis remoras esse: quare neque iudices esse possunt, neque magistratum gerere. Ergo à fortiori neque leges ferre. Tertiò ad ferendas leges, & iudicandam de illarum transgressione, requiritur scientia, & prudentia. Sed haec feminæ nequam habent. Ergo.

Respondendo Paulum non permittere mulieri docere publicè doctrinam fidei, non quia incapax, sed quia est indecent, & indecorum: quia tamen indecentia non inventur in legibus ferendis: siquidem potest secretè legem ferre, & postea voce praecoris promulgare. Dominari autem viro in statu matrimonij non permittit Paulus, qui est contra natum, quæ mulierem in matrimonij viu. & regimine familiae inferiorum efficit: at natura non efficit mulierem inferiorem homini in gubernatione politica, siquidem hanc potest ab ipsius metu hominibus habere. Ergo.

Ad secundum dicas feminas communis, seu quæ iurisdictionem non habent, exclusas esse ab officiis publicis, non verò cas, à quibus ipse fuerit officia publica pendent. Adde supradictam legem non posse regis potestati derogare, quia est supra ipsam legem.

Ad tertium casu, quo Regina scientia & prudentia necessaria ad condendas leges, carerit, posse defectum supplere consilio prudenter, neque enim omnia per se ipsum gubernari potest.

<sup>5</sup> Verum si Regina matrimonio iuncta est, dubitate merito potest, an retinat potestatem condendi leges, vel transferat in maritum necessario. Ratio dubitandi est locus illi Pauli 1. ad Timoth. 2. vbi non permittit mulieri dominari viro, & 1. Cor. 12. dicitur vir caput uxoris. Si autem ipsa posset leges ferre, & Regem illis obligare, dominetur viro, & caput illius efficit: quod non est dicendum. Et confitum. Primo ratione matrimonij mulier ita est subdita viro, vt vir dominum habeat tam in corpore uxoris, quam in eius voluntatem, ac proinde in omnes actiones, quas exercere potest. Ergo potest prohibere, ne condat legem, & à fortiori facere, ne ipse obligetur legi condita. Confitum secundò ex L. tit. 1. p. 1. vbi habetur dominium regni acquisiti matrimonio: quando scilicet priuatus matrimonio iungitur feminæ dominum regni habent. Ergo tunc vir est dominus regi. Ergo potest leges ferre.

<sup>6</sup> Nihilominus tenenda est communis sententia affirmante matrimonio adhuc Regnam retinet potestatem condendi leges. P. in d. quia retinet ius, & dominium regni, cui domino necessario sequitur administratio, & gubernatio illius. Ergo leges condere, quibus gubernetur. Quod autem retinet ius, & dominium regni, inde probatur, quia regnum transferri non potest sine conuersu regni, nullib[us] autem constat conuersus regnum in hac translatione, alia mortua Regina sine liberis, maneret marius dominus regni: quod est omnino falsum.

Dices, transferit administrationem, non proprietatem, sicut in dote uxoris transferitur administratio in maritum durante matrimonio, non tamen proprietas illius. Sed contrà: quia neque hæc translatio administrationis fieri potest sine conuersu regni, neque regnum conuersus præberet in tali alienatione, quia est contra naturam ipsiusmet regni, regnum enim cum in aliquem transferit dominium sui, transfert in illum potestatem gubernationis: neque ergo unum ab alio separari. Neque est simile de dote, quæ ad subvenia onera matrimonij data est, & ideo illius administratio penes maritum debet esse: at regnum non ad subvenia matrimonij onera, sed ad regendos subditos concessum est. Ergo.

Addo vxores habent ius patronatus præsentare posse sive conuersu mariti. Ergo etiam potest leges ferre conuenientes regno, sive illius conuersu. Marius autem tanquam Rex honorabitur, & nomine Regis guncupandus est, non tam regnum, & administrationem illius habet: & ita docet Bald. in cap. significatur, de re script. n. 3. Tiraquel. de nobil. cap. 18. n. 3. Greg. Lopez in lib. 8. gloss. 9. & in lib. 9. gl. 4. tit. 1. p. 2. Bonacina dis. p. 1. de leg. quest. 1. p. 3. n. 8. Suarez lib. 3. de leg. cap. 9. num. 10. Salas de leg. dis. p. 7. scilicet 9. n. 63. Valsquez 1. 2. d. 153. cap. 3.

<sup>7</sup> Ad rationem dubitandi respondeo sub diversa ratione virum esse caput uxoris, & illi subditum. Est caput uxoris in his quæ pertinent ad matrimonium, ad domum, & familiæ gubernationem & educationem filiorum: est tamen uxoris subditus in administratione politica, si uxori competit ius, & dominium regni.

Ad primam confirmationem dico. virum non habere absolutam potestatem, & dominium in omnes actiones uxoris,

sed tantum in eas, quæ ad regimen familiæ pertinent, ac proinde non potest prohibere, ne leges ferat, nōc ipse illis obligetur: ix vero adducta ex parte, crisi Palazio Rub. reato à Gregor. Lopez iuxta videatur probare administrationem, & dominium in Regem per matrimonium transferi: at, vt bene nota Gregor. Lopez in ipsam legem continetur limitatio, & declaratio: siquidem solum ratione coniugij conceditus matto nomen Regis, & honoris regni.

<sup>8</sup> De aliis personis singularibus subditos ratione dominij, videat alius leges ferre posse. Verbi gratia matritos respectu uxoris, dominos respectu seruorum, patrem respectu filiorum, & totius familie, sed hoc omoно falsum est, eis polius præcepta imponere, quia ad rationem legis necessariò requirit potestas iurisdictionis, non dominij, & potestas gubernativa republie, & communis perfectæ communis: quajis est specialis aliqua dominus, & familia, & in docent ferè omnes Doctores, Bart. in l. omnes populi, ff. de iust. & iur. in 1. quæst. & in l. imperium, ff. de iurisdict. omnium iudic. n. 8. Canonicis Communiatis in cap. cum Ecclesia S. Marie, de constitutionib. & cap. solite, de maior. & obedientia. D. Thom. communiter receptus q. 9. o. 3. Suar. plures allegans lib. 1. cap. 8. n. 5. & 6. Bonacina dis. p. 1. q. 1. p. 3. n. 3.

<sup>9</sup> In quo autem potestas dominativa, & iurisdictionis distinguuntur, optimè explicant supradicti Doctores. Primo differunt ex obiecto, quod potestas iurisdictionis recipit communis perfectam, quia ad illius politicam gubernationem ordinatur: securi potestas dominativa, quia per se recipit imperfectam communis, aut partes illius: communis autem perfecta non potest esse una specialis familia, sed multiplex, quia non potest esse communis potest. Ita, nisi qua ex conuersu placitum vna sit, & libi sufficiens. Secundo differunt ex fine, quia potestas dominativa solum recipit utilitatem propriam imperanti, vel utilitatem personæ, cui præceptum imponit, vt videat eis in præceptis latere patre, domino, & misso circa suos subditos: ut potesta politica, seu iurisdictionis, non spectat per se utilitatem aliquius personæ singularis, sed rectum regimen communis, & bonus illius. Tertio ex origine, potestas enim iurisdictionis reficit in communione, ex eo solum, quod communis sensu ad comprehendendum unum corpus politicum coniunguntur: transfeatur autem in aliquem non iure natura, sed conuersu ipsiusmet communis, & pro voluntate ipsius. At potestas dominii aliquando est iure natura, per naturalem originem, vt in patre respectu filii, aliquando est iure natura, supposito tamen aliquo contractu, vt in marito respectu uxoris, in ordine ad dominum gubernationem, & personæ custodiad: aliquando est ex iure gentium, & ciuitatis, vt in domino respectu serui bello capi: aliquando ex contractu, pacto, vel promissione, vt si te vendas in servum, vel solum obedientie aliqui prestes. Quartio different in modo cogendi subditos: dominatus enim potestas non potest subditos punire pena sanguinis, non enim licet dominus saevire in seruos, solum enim moderatum supplicium infere possunt: ut potestas politica potest pena sanguinis subditorum delicta punire, quia totum hoc est necessarium ad vitia coerēdare.

<sup>10</sup> Tandem restat dicendum de communis potestatibus per se gubernationem exercentibus. De his ergo certum est, communites illas perfectas, seu ciuitates, quæ supremam habent iurisdictionem, qualis est, Veneta, Genensis, habere potestatem condendi leges pro suis subditis, quia non possunt subditos gubernare sine hac potestate, & constat ex l. omnes populi, ff. de iust. & iur. & §. sed natur. inst. de iur. nat. & tradant communiter DD. Solum adiutori aliquando habet communis, & republie translatissima suam potestatam in aliquem Principem, & tunc videendum est, qua ratione translatum est: quia pro potestate iurisdictionis est potestas leges ferendis: vt bene probat Bald. in d. l. omnes populi enim integrè translati suam potestatem in Principem, potest Princeps. Dux seu Marchio nuncupatus leges ferre independenter ab ipsa republica: at si ipsa res publica non integrè, sed diminuta potestatem concepit, to quod voluit Princepem comitari in lege ferenda: neque potest ipsa res publica sine Princepe, neque Princeps potest sine republica leges ferre. sic Suar. lib. 3. cap. 9. n. 9. Bonac. dis. p. 1. q. 1. p. 3. n. 10.

<sup>11</sup> Alijs autem communites, seu ciuitates, quæ supremo Princepi subditæ sunt, & in quem suam potestatem guberniam integrè translatuerunt, nequeunt condere leges aliquas, nisi priuilegio Princeps, vel ex viu, & consequentiæ sic receperunt sit, solent enim ex priuilegio, vel ex viu, & conseruantes haec communites condere leges, quæ mancipales appellantur habent in §. conf. Inst. de iure natur. & collat. ex l. leges C. de legib[us], neque his quæ specialiter concessum iuris iurando, vel priuilegiis, vel orporibus, &c. Requirunt ergo concessio Imperatoris. vt haec ciuitates illi subiectæ possint leges ferre. Et in Hispania est res manifesta: nemini enim à Rege concessum est leges ferre, vt traditur in l. 11. tit. 1. part. 1. & l. 8. tit. 1. lib. 7. nona compilat. Ex quo à fortiori constat minoris populos quæ sunt villa, castra, & similes, nullam habent potestatem condendi

condendi leges cum quia non habent altam & supremam iurisdictionem, que ad leges ferendas requiritur: cum quia sequentia cauilarum regulariter habent iurca. si dicas, si de excusis, tu vel si aliquod habent, est in causis iuris momentis, & cum maxima dependencia a ciuitate, vel alio superiore indice: ita Bonac. & Suar. supra.

An vero possit facere aliqua statuta petrissoria ad rectam & Politicam eorum administrationem, quaeque leges ciuiles & municipales non cuperent? Affirmas. Erit in d. lomnes populi, Sylvest. ver. lex. q.4. Maria Burgensis & alii relati a Salas disp. 7. sed. 14. quia cum communia sit illis potestas gubernativa & legislatione videatur concessa. At tenendum est cum Bonacina, Suar. & Salas super non posse facere statuta, quia vim legis habent, quia hoc est habere integrę potestatem condendi leges ac habere res publica, supremam potestatem habens: haec enim nullas alias leges statutae potest, nisi quia ad rectam subditorum gubernacionem conducant. Si igitur illi populi minores haec euan potestam haberent pro suis incolis, nullam à republica iurisper differentiam habentur nisi in extensione subditorum. Poterunt tamen huiusmodi populi conventiones aliquas facere inter se, quibus in vi contractus obligentur, poteruntque aliquia præcepta subditus imponere, sicut potest paterfamilias pro sua domo non potest, sed temporalia & quia à principe teuocata poterent sic Suar. c.9. n.17. Bonac. disp. 1. q.1 p.3. n.11. fin. cum D. Th. q.90. art.3.

## P V N C T V M XXIII.

In quibus sit potestas canonicas leges condendi.

- 3 Ponitifex hanc potestatem habet à Christo,
- 2 Non pender Pontifex in vñ huius potestatis à Concilio.
- 3 Neque item pender à concilio, vel consensu Cardinalium,
- 4 Episcopus in suo Episcopatu leges ferre potest ex potestate à Ponte fice accepta,
- 5 Proponit quendam obiectio, ob quam sentit Vazquez, Episcopo, non immediatè à Christo accipere facultatem.
- 6 Satis obiectio precedens.
- 7 Ep. Ipus electus. Et confirmatus, hanc habet potestatem.
- 8 In rebus gravioribus non potest Episcopus in coniuncto Pontifice leges ferre, & que res graviores dicantur.
- 9 Quando Pontifex consuli non potest, potest dispensare, non legē Pontificiam abrogare.
- 10 Conſenſu cleri, aut capituli non indiget Episcopus ad leges ferendam.
- 11 Quid dicendum de Archiepiscopo, Patriarcha, aliisque Prelatis Episcopo superioribus.
- 12 Legatus summi Pontificis non solum pro tempore legationis, sed illo finito leges ferre potest.
- 13 Sandis Patribus, & Doctribus non est data potestas condendi legem.
- 14 Concilium uidente Pontifice congregatum absque eius auctoritate, nullam potestam habet ferendi leges.
- 15 Congregatum eius nomine probabilitus conſeo non habere potestam leges ferendi obligantes Ecclesiam, quoniamque Pontifex eas approbet.
- 16 Quid dicendum de Concilio congregato tempore schismatis, vel mortuo Pontifice.
- 17 A Concilio ad Pontificem dasur appellatio.
- 18 Quid dicendum de Concilis provincialibus, nationalibus, & diocesanis.
- 19 Congregatio Cardinalium qua ratione leges ferre possit.
- 20 Remanente uno Cardinale in concilio, aliis descendebitibus probabilitus conſeo non posse Pontificem eligi ab eo.
- 21 Capitulum Sede vacante non posse leges ferre, quibus probetur.
- 22 Probabilitus est leges ferre posse.
- 23 Satis rationib. n.21 adducit.
- 24 Capitulum uidente Episcopo, nullam videtur habere potestam condendi leges obligantes etiam ipsos capitulares.
- 25 Tenendum tamen est oppositum, & sit satis rationi contraria.
- 26 Quia ratione Ecclesie collegiate, universitates, collegia, confraternites leges ferre possint.
- 27 Religiosorum communites habent potestatem leges ferendi.
- 28 Abbatiss. & Monialium Prefecta, non habeant iurisdictionem.
- 29 Quibus delegari possit à Pontifice potestas leges ferendi pro tota Ecclesia. Proposuntur varijs dicendi modi.
- 30 Quid tenendum.
- 31 Auferminis haec potestas delegabilis sit.

**N**emini Catholicorum dubium esse potest esse hanc potestatem in Pontifice Petri successore, qui illi commissa est potestas gubernativa Ecclesie, que sine legislativa mediate à Christo Domino: non enim pro solo Petro dictum

Ferd. de Castro Sum. Mor. pars I

est, Super hanc petram adiudicabo Ecclesiam meam, sed pro omnibus eius successoribus: omnibus enim dictum est. Quodcumque ligaueris super terram, eris legatum & in celo: & quodcumque solueris, eris solutum. Ratio est manifesta quia est potestas supernaturalis. Ergo solum à Christo haberi potest. Dices, haberi quidem à Christo, sed medio Concilio, seu Cardinalium congregatio. Sed contra: quia Christus non contulit Ecclesie hanc potestatem, vt in Petrum transferret, sed immediate constituit Petru, & ex illo successores detinuntur: c. nouis, de indic. cap. signiſciſti, de elect. & deciditur in Concil. Trident. ſeff. 14. c. & alia plura congerit Suar. lib. 4. de legibus, cap. 3. Salas disp. 8. ſeff. 3. Bellarm. lib. 4. de Roman. Pontif. cap. 23. & seq. Requiritur tamen, vt persona, cui est conſerenda à Christo haec potestas, ab omnibus eligitur, quia neque eligitur à Christo immediate neque iure sanguinis succedit.

2 Ex quo fit manifeste Primo Pontificis potestatem à Concilio non pendere. Tum quia est à Christo immediate, tum quia Pontifex est supra Concilium etiam generale: tota enim authoritas Concilii est dependens à Pontifice, vt ostendit Card. Bellarm. 2 de Concil. c. 14. Azor tom. 2. lib. 5. cap. 12. q. 3. Valent. 2. disp. 3. q. 9. p. 7. Molin de iustit. trah. 2. disp. 21. Salas disp. 7. legibus. n. 25. & 70.

3 Fit secundo, neque pendere Pontificem in vñ huius potestatis à Concilio, vt per consensu Cardinalium: sine contentu enim iporum, immo ipis contradicentibus potest. Pontifex leges valide ferre. Nam pontifex habet eandem potestatem, ac habuit. Petrus cuius est immediatus successor: ed Petrus independenter ab aliis Apostolis potuit leges ferre. Ergo à fortiori: Pontifex independenter à Concilio Cardinalium id ipsum potest. Addit nullibi à Christo Domino haec dependencia fuit insinuata, sed potius contraria, cum ioh. Petru dictum sit. Super hanc petram adiudicabo Ecclesiam meam, &c & satis videtur decimum in cap. cuncta 9. q. 3. vbi dicitur, Apostolica Sedes sine ultra Synodo procedens, ostendit & dicit habere potestas. Quare si aliquando Concilium Cardinalium Pontifex expostulat ad leges ferendas, non est ex necessitate, sed ex auctoritate, eo quod conueniens est, ut omnes intelligant summa maturitate & prudenter Ecclesie gubernare & ira tener latè probans Felinus in rubr. de constitutionibus, num. 2. Decius ibi leit. 1. q. 3. & alii, quos referit & lequitur Suarez lib. 4. de legibus, cap. 3. n. 14. Neque illo modo probanda est contraria sententia, quam pro virtibus defendit Andreas Siculus tractat. de praefat. Cardinal. part. 1. quaest. 1. Cardinalis consil. 1. 13. Ioan. Moractus, & Ancharen. in c. super eo de bare, in 6. Sed nullum pro le adducuntur summa fundamentum, nam illud, quod sumitur ex vñ, & conſuetudine, præterquam, quod nulla est, cum iuxta Pontifex absolute confilio Cardinalium leges ferat. Pontificis potestatem, quia est de iure divino, adstringere, aut limitare nullo modo potest.

4 Quod si de Episcopis loquamus certum est Episcopos in suo Episcopatu leges ferre posse, habetur expressè cap. 2. de maior. & obedienc. cap. 2. de constitut. in 6. & traducti communis Doctores in rubr. & in c. cum omnes, c. cum accessissent, de constitutione. Hac autem potestas à Pontifice, tanquam à primo fore manauit: non enim illam à Christo Domino immediate accepunt. Soli enim Petru & eius successoribus dictum est patre oves meas. Ergo solum Pontifex eam immediate à Christo receperit, reliqui vero medio. Pontifice. Item si à Christo immediate recipienti ali priuati potestatem legislatum, non potest Pontifex illorum potestatem minorem, aut tollere, sed esset à Pontifice omnino independens, rite à superiore concessa. Consequens est omnino fallum. Ergo. Denique, quia id est definitum à Leone in cap. ita Dominus, 19. distinet vbi de potestate Petri diciunt, à Christo Domino fuisse illi donatum, vt ab ipso quasi a quedam capite, donat sua velut in omni corpus diffundetur. Et Gregorius in cap. decreto, 2. q. 6. inquit Romana Ecclesia vices suas ita aliis impunitius Ecclesias, ut in parte sint vocatae, solicitudinibus, non in plenitudinem potestatis; aliaque plura congerit in hunc confirmationem Bellarm. lib. 2. de Roman. Pontif. c. 15. & lib. 4. cap. 14. Valent. tom. 2. disp. 9. p. 1. punct. 7. Suar. de conſ. disp. 1. ſeff. 2. p. 7. & de paucitat. disp. 16. ſeff. 3. & specialius lib. 4. de legib. c. 4. n. 6. Salas disp. 8. ſeff. 3. Bonacina disp. 1. q. 1. p. 3. n. 5.

5 Sed obiectus primo, Episcopos esse successores Apostolorum cap. in novo dicitur. 2. 1. Sed Apostoli omnes immediate à Christo accepunt potestatem legislatum. Ergo etiam Episcopi à Christo accipiunt. Confirmata ex verbis Christi Matth. 28. Quodcumque ligaueris super terram, eris ligatum & in celo quia non solum ad Petrum, sed omnes Apostolorum dicta fuere. Ergo omnes Apostolorum successores habent potestatem ligandi per leges à Christo. Secundo Episcopi constituti sunt à Christo Domino, vt specialiter Ecclesiam gubernarent, quia Pontifex per e. & immediate toti oibi præiens est non poterat: quia ratione dixi. Paulus Ad Cor. 2. o. est à Spiritu sancto positus Episcopos regere Ecclesiam Dei, sed Ecclesia regi, & gubernari non potest sine potestate legislativa. Ergo si à Christo constituti fuerint Episcopi, & Reatores Ecclesiarum constituti fuerint & legislatores. Tertio Episcopi habent potestatem ordinariam

K nati

natum. Ergo non delegata à Pontifice Quarto stare optimè potest Episcoporum potestatem dependentem esse à Pontifice & nihilominus à Christo recipi, quia potest dependere à Pontifice in aſſignatione materiæ, & ſubditorum, non in ipsam potestate, & illius uſu materiæ iam aſſignata. Quare quilibet Episcopus, eo ipso, quod Epilcopus eſt, & tuncſellor Apostolorum, dicit potest iurisdictionem habere in potentiā, ſeu in habitu, dependere tamen à Pontifice in materiæ aſſignatione. Sic ut elementum ignis verè habet in le potentiā comburendi, & comburendi non potest nisi materia ei applicetur.

Propter hanc Valq. 1. 1. diſp. 4. 2. cap. 2. lequuntur a Christo de iuſta hereticorum puni. c. 2. 4. affirmare autem eſt omnes Episcopos immediate à Christo domino potestatem iurisdictionis accepit, dependentem tamen à Pontifice, quoad materiæ, & ſubditorum aſſignationem.

6 Sed, ut optimè expedit Sua. lib. 4. cap. 4. leuiſtunt hæc fundamento, ut a communi & recepta Theologorum, iuriſperitorum ſententia recendendum eſt. Fator, inquam, Epilcopos ſuccelfores eſcīt Apostolorum non in Apofolatu, tēd in Epilcopatu, horum eſt in conſeratione, non in iurisdictione, alias aequalem cum Pontifice habent potestatem, & eodem modo repondeo ad locum Matth. 18.

Ad ſecondum repondeo Epilcoporum conſecrationem à Christo ſe inmediate iuſtitutam gubernationem à Pontifice, cui inquam, præcepit, ut Epilcopos eraret, & iurisdictionem confeſſeret, propt̄ illi conuenientis viuim fuit. Ne obſta Epilcopos ſit à Pontifice poſtos, eſt poſtos a Spiritu sancto, ſiquidem Spiritus sanctus iuſpirauit, & prouidit, ut ſic poneatur. Neque ex hoc quod Reatores conſtruit ſint Eccleſiarum, infertur neceſſario debere eſte legi ſtatutes poterit enim regere, imponendo temporalia piaſcepta: ſicuti gubernatores ſeculares ſupremo Principi ſubiſt.

Ad tertium concedo habere potestatem odiariam, ſed à Pontifice dicunt autem ordinaria quia ratione officii conceditur, & cum potest delegandi.

Ad quartum nego intelligi poſſe potestatem Epilcoporum recipi a Christo immediate & dependerē à Pontifice in aſſignatione materiæ, & ſubditorum. Nam illa dependency tollit omnino modum potestatem antecedentem quia enim iurisdictione, & potestas eſt potest ſine ſubdiſio. Alias quilibet homo potest dici habere potestem regiam in habitu, qui habet potestem in Regem eligatur.

Addic vel illa potestas in habitu, quam Epilcopi habent, a Christo immediate eft ratione conſecrationis Epilcopalis, vel ratione electionis & conſimationis: Non ratione conſecrationis Epilcopalis, alias habent potestem ſine illo termino, & aequalem Pontifici, qui non eſt vnde limitetur. Quid eft omnino faſum & contra ſum: cum ſapere videamus iplos conſecratos nullam habere iurisdictionem, dum non eſt illis Epilcopatus aſſignata, ſeu iurisdictione à Pontifice confeſſa, ex cap. inter corporalia de traſlatione Epilcopi. Quid autem per electionem, & conſimationem illam non habent a Christo eft maniſtum: alias quilibet Patriatus illam habet, habent ergo illam à Pontifice.

7 Dubium tamen eſt, an eo ipſo, quod Epilcopus ſit electus, & conſummat habet hanc potestatem, vel indiget ſpeciali confeſſione ſe à Scāle Apoſtolica.

Repondeo non indigere confeſſione ſpeciali, ſed iure ipſo eſt illi confeſſum leges condere conuenientes ſuo Epilcopatu, habet cap. 2. de maior. & obediens. & cap. 2. de confiſt. in. 6. & tradunt omnes Leges tamē debent eſt non repugnantes legibus Pontificis, quia inferior leges ſuperiorē abrogare non potest. Quocunq; non potest leges condere repugnantes iuri communis, aut ſtatutis a Pontifice conſirmatis, colligunt ex 6. 1. & 2. de reliq. & venerab. Sanct. & cap. 1. de traſlationi Epilcopi, & tradit Nauart, ſit de regul. lib. 3. confiſ. 2. 6. num. 8. Sua. lib. 4. cap. 5. num. 2. Salas diſp. 8. de leg. ſel. 6. n. 4. Sanchez lib. 3. de marini, diſp. 7. n. 30. Bonac. diſp. 1. q. 1. n. 23. & alii immuniti apud pateros Doctores.

8 Ex ha doctina ſit non poſſe Epilcopos leges condere in rebus grauioribus: tum quia haec ex generali regula ſunt Pontifici relata, & maiores, de Baptismo, & de traſlationi Epilcopi. Refervantur, inquam haec in ſignum ſupremæ potestatis, & ut maioriſtū coſilio ſiantur etiam, quia haec grauiores ſapere aduerſantur iuri communis, ſic Doctores ſupra relati. Quae autē dicantur haec grauiores optimè explicit Sua. & Salas ſupra, tum enim quia ad universalem Eccleſiam ex ſe perirent, qualis eſt definitio aliquid veritatis fidei, canonizatio Sanctorum, ſacerdotum contineat, reuocatio conſuetudinis, vel priuilegiū vniuersalitatis & communis, nam Eccleſiam alteri ſubiacere, aut Epilcopatus vniue, aut diuidere, &c.

9 Potest tamen, ut bene aduerſit, Bonacina ſupra, cum Decio c. 1. ſe clerici. §. de adulterio, nro. 31. de iudicis & aliis relatis à Salas diſp. 8. de legibus ſel. 6. n. 40. in aliquo particuliſtati caſu diſp. 1. in iure communis dum ſuperior consuli non potest. Sed penitale in iure communis dum ſuperior consuli non potest. Sed hoc non eſt legem contraria iuri communis ferre, ſed ius commune interpretari aut in illo pro aliquo caſu singulari dispensare.

10 Sed inquires. Indigebitne Epilcopus conſensu cleri, aut Capituſ ad leges ferendas?

Repondeo non indigere, quia potestas nullib; invenit conſentia cum hac dependentia, & limitatione, ſolum pro feciſ ſtaudis requiriſt conſensu cleri, aut etiam populi, cap. 1. de feris, & pro alienandis rebus. Eccleſia conſensu Capituſ cap. 2. ſe, de locat. c. nouit. cap. quando, de his que ſunt a prelato ſine conſensu capitulo. Ex his non eſt defumendum argumentum ad alios casus, ut arguit Panormit. c. 1. de off. deleg. & ita tenet alios referens Salas ſel. 7. n. 41. Sua. c. 5. n. 2. Bonac. n. 24. Vafq. diſp. 1. 1. cap. 2.

11 Ex hiſ infertur, quid dicendum ſit de aliis Praefatis ſuperioribus, Archiepilcopis, Patriarchis, ſeu primatibus. Et quidem in ſua diſcreti poſſe leges ferre ut dictum eſt de Epilcopo, nemini eſt dubium, quia ibi habent propriam iurisdictionem. Concedere autem leges obligantes totam prouinciam seu Metropolim, non poſſunt, niſi in prouinciali Concilio, & de conſenſu comprouincialium Epilcoporum, habetur expreſſio in enclitis Primis, 9. quaſt. 3. ibi nullus primas, vel metropolitanas diſcretias in Eccleſiam, vel parochiam, aut aliquem de eius parochia praſentias excommunicare vel iudicare, vel aliquid agere abque eius conſilio, vel iudicio, & inſta: Si quis Metropolitanus Epilcopus ſine conſilio & voluntate omniū comprouincialium Epilcoporum aliquid agere tentaverit, gradus ſu periculo ſubiacet, & quā egerit, irriſt habentur, & inane, id habent eſt ſicut olim, de inciſa. Salas de leg. diſp. 8. ſel. 9. n. 48. Sanchez lib. 8. de matrim. diſp. 17. num. 3. Salas lib. 4. de legibus, cap. 5. num. 26. Bonacina diſp. 1. quaſt. 3. num. 4. 5. qui except ſub dubio tempus visitationis led tunc non longes, led praecipita impoſtere potest cum non ſint perpeſio duratura, quod ad rationem legi neccellario requiri, ut bene probat Salas lib. 1. c. 10. n. 7.

12 De legato Summi Pontificis, quod leges ferre poſſit obligantes totam prouinciam, non ſolum tempore legationis eſt illo finito, donec a Pontifice, vel alio legato reuocetur, conſeat ex cap. 1. de offiſio legati, vbi haec potestas illi conceditur. Cardinali Romanū ex vi ſui tituli, & dignitatis ſolum potest ferre leges obligantes ſuum Eccleſiam, quia ſolum ibi habet iurisdictionem, colliguntur ex cap. his qua. de maior. & obediens. cap. quādam, de electione, & ibi Panormit. Bonacina p. 3. num. 26. Sua. lib. 4. de lex. c. 5. n. 4. Salas diſp. 8. ſel. 8. n. 45. ſebastian. Medicis de leg. p. 1. q. 10. & alii plures ab eisdem relati. Alii prelati exempli quales ſunt abbates aliqui iurisdictionem Epilcopalem habentes, poſſunt leges ferre, niſi ei aliquo modo ſit prohibiſtum, aut ex conſuetudine requiri conſentia cleri vel Capituſ, ſic Sua. ſupra; quia haec potestas legi ſuſtia eft potestis iurisdictionis non confeſſationis.

13 Solum de sanctis Patribus, & Eccleſia Doctoribus, potest eſt dubium, an illi ſit data potestas conſentendi leges: Et quidem non eſt illi daram hanc potestam tradit optimè gloria diſp. 20. in prime, & Felic. Panormitan. & Dicetus in cap. no. iniſtencia de conſtitutione, & colliguntur ex hoſtientiſ cap. ſolit. de ſententia excommunicant. in 6.

Dices. Eſto illi data non ſit talis potestas, ut cum eorum ſententia in decreto ineruerit, à Gratiano, vim legis habere debeat ex tacito conſentio Pontificis.

Repondeo nego atmoſumptum, (quamvis contra reueat Feſtivus cum aliis cap. 2. de reſcripsiſ. num. 45.) quia nullib; invenitur Pontificis approbaſe, leges ea, quae in Decreto a Gratiano reueruntur. Alias etiam de laſa Imperatorum, & leges ciuiles inſtituta in Decreto vim legis canonice habent præterea non nulla ineruerit Gratianus in Decreto, ut bene aduerſit Sua. proprieſ originalibus diſſimilis, ac proprieſ emendata ſunt. Non eft inferendum vim legis habere ex eo, quod in Decreto Gratiani conſtant: habent tamen magnum auſtoritatem, ratione cuique ſequendis ſunt ex equitate; & ita tenet glossa cap. 2. de rebus Eccleſia non alienandis, verbo roraſtis. Dicetus, Panormit. alii cap. 1. de reſcripsiſ. Nauart, de redditib; Eccleſiaſ. qu. 3. mon. 12. num. 5. Sanchez lib. 9. de matrim. diſp. 12. n. 3. circa medium & num. 5. Bonac. punct. 2. circa ſuſt. Salas lib. 4. cap. 5. num. 7. Salas de leg. diſp. 8. ſel. 13. Valent. 2. 2. diſp. 6. quaſt. 6. n. 7. & alii plures ab eisdem relati, aduerſant tamē ſupradicti Doctores aliquando ſententias Patrium & leges ciuiles a Pontifice canonizati, hoc eft tanquam leges propriaſ promulgati, & in Decretibus inferi & tuco clarum eft vim legis habere ex voluntate Pontificis. Secundo aduerſum ſepe sanctos Patres leg. & precepto aliquo naturali, aut diuino, a Christo vel apotolis tradito aut Eccleſia traditione introducti, etati, & tuco illiſ credendum eft non tanquam legiſtatoribus, ſed tanquam testibus ſide digniſ iuxta maiorē, vel minorē conſentiuſ ſanctorum Patrium in ea te.

Ex hiſ infero non habere vim legi uniuersaliſ decreta particularium Epilcoporum aut Conciliorum etiam a Pontifice allegentur si tamen non fuerint ab illo vel alio Pontifice appoſita, retinent enim ſolum primaziam ſuam diſpoſitionem, & authoritatem, ut bene tradit Valent. Th. Sanchez, Bonac. & Salas ſupra & Sua. c. 6. n. 10.

14 Rufus de Conciliis videndam eft, an potestam habent condendi leges.

Si generale Concilium vivente Pontifice non fuerit eius auctoritate, & consensu congregatum, certum est nullam auctoritatem habere leges condendi obligantes Ecclesiam: ut optimè tradit Belarim, 2. de Consil. cap. 24. Salas disp. 8. de leg. fct. 4. Molina de infrastr. 2. disp. 21. Suarez lib. 4. de leg. cap. 5. num. 3, quia nullibi invenitur haec poecetas à Christo concessa. Haec enim poecetas leges canonicas ferentur dura fuit Petrus, & eis successoribus, & ex illis tanquam ex capite ad reliqua membra derivanda est. Item hoc Concilium cum non sit legitime congregatum, non est verum Concilium, deficet enim illi caput.

15 At si Concilium auctoritate Pontificis congregatum sit, placet Bonac. disp. 1. q. 1. p. 3. n. 13, posse leges, & ita ita generalia facere, quia sic illi à Pontifice et concessa facultas. Idem significavit Soto 4. d. 10. q. 1. art. 4. ad 2. Vt. in relect. 2. de potestatis Papae q. 1. n. 6. Probatur ex eo, quod frusta conuocatores ad leges contendunt, si leges ferre non possunt.

Mihi tamen probabilius est non posse Concilium leges ferre obligantes totam Ecclesiam, antequam à Pontifice approbentur, qui nullibi invenitur talis facultas à Pontifice concessa, & ex iuri contrarium constat: liquid omnia Concilia generalia, à summo Pontifice proculabunt suo iuri decreto confirmationem, & eccl. Trident. fct. 25. in fin. Ergo ante hanc confirmationem iudicavit Concilium leges, & dicentes à facta oblationem eorum Ecclesias imponeant non posse: & ita tenet Nauar. lib. conf. ita de confit. conf. 1. n. 4. Caeci episc. de comparat. Papa, Concil. Tetracremata lib. 2. sum. cap. 7. Suarez lib. 4. de leg. c. 6. n. 3. Salas, Molin. & Belarim. s/p.

16 Sed quid dicendum de concilio congregato ob defectum Pontificis, vel quia ipse (quod Deus adiuvat) hæreticus fatus est, vel electus schismatis inter electos, & ignoratus, quis fuerit legitimus?

Respondeo in tali casu posse Concilium ea statuere, quæ redi Ecclesiæ gubernationi pro illo tempore viva fuerint, quia hoc naturali iuri illi consentit, ne Ecclesia omni remedio deficiatur videatur. Non tamen poterit leges condere perpetuo duratur, quia nullibi invenitur concessa talis potestas: sic Suarez fpt. num. 4.

17 Ex his inferitur à Concilio, cui Pontifex non assisteret, dati posse appellationem ad Positivem, quia datur appellatio ad factorem: sic docet Sebastianus, Medicis de leg. 1. p. quaf. 9. Salas disp. 8. fct. 14. circa finem Bonacina disp. 1. quaf. 1. punct. 3. num. 13 & colligitur ex L. f. quaf. 6. Et à quo Et ex cap. super quaf. 10. vers. pörò de officio delegati. Et si Pontifex ei Concilio assisteret, dati non potest appellatio, quia esse appellatio cuiusdem ad idem tribunal, quod nullo modo licet, ex cap. nemo, cap. cuncta. 9. quaf. 3.

18 Alia vero Concilia particularia sunt in triplici differentiatione, Nationalia, Provincialis, & Diocesana. Nationalia, quando omnes Episcopi, & Archiepiscopi alicuius nationis, sub uno Primatu, seu Patriarcha congregantur. Provincialis, ubi sub uno Archiepiscopo Episcopi suffraganei conuenient. Diocesana, in quo Rectores Ecclesiastici, Abbates, & priores ingunatur cum suo Episcopo: & quod Concilium vocatur Synodus Diocesana. Et quidem omnia haec Concilia habere potestatem leges ferendi pro suo territorio, est res indubitata: nam si quilibet Prelatus eorum à suo clero potest leges ferre, à fortiori ex eius consensu, & colligitur ex cap. Catholic. 11. dft. Et cap. Concil. dft. 17. cap. regula. dft. 3. & placit. 12. quaf. 3. At nullo modo possunt leges ferre obligantes totam Ecclesiam, quia non possunt obligare extra territorium. Aliquando ramen à Pontifice decreta Concilij provincialium approbantur pro rata Ecclesiæ, & tunc ratione approbationis vim legis vniuersalibus habent, non vero, vt à Concilio emanantur. Hæc autem approbatio, vt dixi, non est colligenda ex eo, quod in Decreto Gratiani continetur, sed ex aliis decretis Pontificis, vel ex traditione: & in his conuenit Suarez, lib. 4. de legibus, cap. 6. num. 8. Bonacina disputa. 1. quaf. 1. punct. 1. num. 14. Salas disp. 7. fct. 15. num. 79. Valenti. 2. 2. disput. 1. quaf. 1. punct. 7. Bonacina ibi quaf. 1. art. 10. sub. 3. ubi notant, quia fuerint haec Concilia à Pontifice approbata, & adiuvante. Concilia non generalia erant posse in suis decretis: quia non sunt leges vniuersales, neque de rebus gravioribus. At si à Pontifice pro sua Ecclesia approbatur, caceste omni eritote; quia Pontifex pro potest, virope, qui infallibilem habet diuini Spiritus assistancem.

19 Rursum dicendum est de congregatio Cathedraticum, de quibus certum est pulam habere potestatem condendi leges excedentes suum territorium, neque vivente Pontifice, neque vacante. Sede. So um enim illi conceditur Sede vacante: vt ea fuerint, quae pro electione Summi Pontificis, & pro Ecclesiæ defensione, & periculorum occurrentium, viva fuerint expedite, ex cap. obi. periculum. de elect. in 6. Et cauetur, ne se in alio negotio intromittant, & quidquid alius fecerint, irritum, & inane decernatur in Clement. ne Romani de elect. Quaticulis, occurrentibus, neque legem statuere, quia lex Ferdinand. de Castro Sum. Mor. pars I.

est statutum permanens& ita traditum alios referens Salas disp. 8. fct. 8. Suarez lib. 4. c. 6. n. 5. Bonac. disp. 1. q. 1. punct. 3. n. 2. 6. Neque obstat collegium Cathedraticum assimilari Senatu Romano, ex c. Constantinus 2. 96. distin& quia non assimilatur Senatu in potestate leges condendi, ita in honore, & dignitate: non enim Constantinus hanc potestatem. cum sit spiritualis, date potestat Cadinalibus, sed à Pontifice necessariò debet prouenire. Item non obstat collegium habere potestatem eligendi summorum Pontificis, & consequenter creandi legistatorem universalis, vt dicamus habere potestatem leges condendi, quia solùm ad elect. omnem Pontificis est illi concessa facultas: facultas autem concedi potest ad actum nobilorem inferiori denegari, sicut à Christo concedit omnibus Sacerdotibus potestas conferandi eius corpus, non tamen concerandi calices, vt recte expendant glossa in Clement. 2. de elect. verb. potestatis. Suarez lib. 4. c. 6. n. 5. Bonac. disp. 1. q. 1. punct. 3. n. 26. Salas disp. 8. fct. 8.

20 Aduenit tamen Bonacina: si omnes Cardinales, vno excepto, & conclavi discedant, posse ab eo, qui remansit, Pontificem eligi, quia omnes alii repurari debent, ac si è vita decessissent. Probabilis credo non posse, sed reputandum est, ac si nunquam in concilio fuissent Cardinales congregati; sive quicq. cap. obi. periculum. Et Clement. ne Romani, quæ semper loquuntur de numero plurimi, imo de collegio, & certu, qui non videatur esse unus, neque duo, sed ad ministrum. l. Noratus, ff de verb. signif.

21 Insuper dubitatur potest de Capitulo Ecclesiastico, quod sumi potest sede vacante, vel Episcopo vivente, si tumular Capitulum Sede vacante, plures Doctores sentiant leges ferre non posse obligantes totam diocesem: sic Sebastianus Medicis 1. pars de legibus, quaf. 16. Salas de legibus, disp. 8. fct. 15. num. 36. Primo, quia solùm illi conceditur administrationis temporalium, & spiritualium rerum pro limitato tempore. Ego non conceditur illi potestas condendi leges, quæ de se sunt perpetuae. Secundo, Capitulo conceditur ea facultas, quæ necessaria est ad Ecclesiæ gubernationem Episcopo absente: quia Capitulum, vt dicit glossa Clement. 1. de heret. verb. Capituli, illi necessarius, non voluntarius administrator: sed ad hanc gubernationem voluntarium non videatur: necessaria facultas condendi leges, per praceptorum enim impositionem sufficienter prouideri potest, sicut duximus de collegio Cardinalium, & Concilio generali Pontificis, Sede vacante. Ergo. Tertio, si leges condere potest, potest & antiquas latas ab Episcopis abrogare, quia poterunt esse illis contraria. Sed hoc videatur esse contra cap. 1. ne Sede vacante aliquid innoveret, & contra glossam cap. 1. qua de rebus, 12. q. 2. vbi dicit, non posse Capitulum Sede vacante mutare statutum Episcopi, id est, statutum, vt legi Felicis, c. cum omnes, de constit. vam. 10. Quartio, Capitulum Sede vacante non potest præbendas conferre, cap. 1. ne Sede vacante, ibi, cum nunquam inueniatur causum in iure, quid Capitulum vacante Sede fungatur vice Episcopi in collationibus præbendarum. Ergo non ex eo, quid illi concessa sit administratio temporalium, & spiritualium rerum, concessa concessa potestas leges ferendi.

22 Nihilominus probabilius censeo cum communi sententia, Capitulum Sede vacante posse leges ferre obligantes totam provinciam, quoque à Pontifice, vel Episcopo successore reuocentur: sic Panormitanus cap. cap. olim, de maior. Et obed. Et cap. 1. num. 24. Felinus cap. cum omnes, de constit. vam. 9. Sylvestris. verb. Capitulum, quaf. 6. Bonacina disp. 1. quaf. 1. punct. 3. n. 29. Suarez lib. 4. de legibus, cap. 6. n. 14. Paulus de potestate Capit. Sede vacante, quaf. 6. Ratio præcipua est. quia Capitulum Sede vacante succedit in administratione temporalium, & spiritualium rerum totius diocesis, cap. cum olim de maior. Et obed. Et cap. 1. num. 24. Episcopus, Et r. v. de supplenda neglig. præst. in 6. & Trid. fct. 24. cap. 16. Sed administratio esse non potest iurisdictionis. Ergo succedit in iurisdictione Episcopi. Ergo in potestate ferendi leges. Proba hanc consequentiam quia favet, & potestas retinendi non debet, sive manifesto textu, & ratione: at qui nullus est rex, neque ratio summa denegat Capitulo potestatem leges ferendi, & ex alia parte in generali administratione potest seruata proprietate verborum conineri. Ergo. Er confirmo. Capitulum sede vacante præstat omnia officia iurisdictionis, que præstat Episcopus, nisi ei specialiter prohibetur: & sic dispensat in irregularitate, in denunciacionibus matrimonij, in intestibus, in illegitimitate ad ordinem, & ad beneficium simplex, vt ex propriis materiis collat. & tradit Bonacina, Salas, & alij s. præ. Sed potestas condendi leges, est potestas iurisdictionis. & ex alia parte non est denegata Capitulo. Ergo potest. Addo exercitum huius potestatis non esse Ecclesiæ, neque Episcopo successori damno um potius quam potestatim impendi præcepta, quam nullus dubitat Capitulum habere, quia legem esse per modum litarum, vel præcepti, parum Ecclesiæ interest, dum durat præceptum: aduersante autem nos Episcopo, iam liberum illi est statutum abrogare, si expediens esse non indicat.

23 Neque obstant contraria. Ad primum dico, esti Capitulo concedatur pro limitato tempore administratio: at pro eo tempore concedatur tota potestas

restas Episcopi: sicuti Vicario Episcopi ad tempus signato concedit & Episcopus potestatem suam, & Legato Pontificis ad tempus misso concedit Ponitifex potestatem facendi leges in perpetuum duratas.

Ad secundum admitto Capitulum esse administratorem necessarium dicere, quia necessarium uocatur, & iurisdictione Episcopi in ilium transmissa necessariò est. Nego tamen inde inferi leges ferre non posse, quia ultra per praecipuum impositionem poterat malis occurrentibus prouidei: at non ita bene. Adeo esse necessarium gubernatorem, quod potestat, quia necessariò illam habet, non tamquam quod modum gubernandi: non enim arctatum est Capitulum in modo gubernationis, sed potest aliquando per praecipa, aliquando per leges, aliquando solam impositionem praemium de dicta subditam coactere. N. qui est simile de collegio Cardinalium & Concilio generali; in quibus non potest potestis legislativa Pontificis, que est de iure divino, transire: ex iure autem humano potius denegata est ex Clement. ne Romani, de elect., & iolum concessa in his, quae ad electionem Romana pertinet, & praecauda mala, quia Ecclesia accidere possit ut illo tempore: at contra accidit in Capitulo sede vacante: cui à iure est potestis aboluta concessa ad omnia, & solum in aliquibus casibus limitata: non igitur extendenda est limitatio ultra illas.

Ad tertium concedo, posse leges latas ab Episcopo praedecessore abrogare: neque hoc obstat textu in c.p. noni, ne sede vacante: quia ibi iolum dicitur, ne de vacante aliiquid de bonis pertinencibus ad Ecclesiam, & dignitatim in Episcopate iniquum fuerit. Sicuti neque Episcopus bona Ecclesia vacatis sibi subiectae alienae potest, cap. si quis Episcopus, 10. q. 2. Non tamen auctor dicunt de inquisitione legum: quapropter immemor omen status Episcopi, mutauit Felinus in statuum.

Ad quartum concedo non posse praebendas Episcopo petentes Capitulum conferre, qui expressè cauerit iura Episcopalia reseruari, debet successori: vi traditè bene glossa in cap. cum olim & c. bis quæde major. & obedient. & ans. At omnia alia, quae ad iudicium, abolitionem, & condemnationem pertinent, bene por. & vi in suprad. cap. notatur.

24. Verum si caput iulum ueniat viuente Episcopo, dubium aliquod est, an aliquæ eius contentu possit alias leges ferre: obligantes ipsos capitulares? nam extraneum certum est obligari non posse, quia Capitulum non habet in diocesanis iurisdictionibus, nisi per mortem Episcopi.

Plures tenent non posse iulum legem ferre, neque praecipuum, sed solum regulam, & directionem, quia possit si iure, vel promittant Canonici eam seruare, tenebuntur, ex iuramento, vel promissione, non ex iure legis, aut praecipiti, Capitulum absque Episcopo non videtur iulum habere iurisdictionem, etiam illam habet, que nec sita erat expostulandi Canonici iuramentum de seruandis statutis: Quia ergo in statutis nulla agnoscatur obligatio, expostulatur iuramentum ad illorum observationem. Addit Episcopum esse caput Capiuli, & cum illo uocum efficer. Ergo non potest Capitulum sine Episcopo habere iulum iurisdictionem: alias sine Episcopo esset integrum corpus, siquidem fine illo se posset regere, & gubernare.

25. Tenenda tamen est communis sententia, Capitulum posse ab eo contentu Episcopi leges, & statuta ferre obligatoria suos capitulo in his, quae pertinent ad rectam, & ordinariam gubernationem Ecclesie, quia absque Episcopo in his rebus procedunt: Ergo sicut est habere in illis iurisdictionem, atque adeo imponere posse leges, seu praecipita. Nam gubernario fine vi coactus sicut recte non posset: & colligitur ex cap. cum omni, de confit. vbi supra videtur posse Canonicos irregulato Episcopo ius in se ipsos statuere: quia tamen ius quod ibidem statuerunt, omnibus commune non erat, id est a Papa revocatur: in rebus autem gravioribus, quales sunt abrogatio aliquarum constitutionum, & alienatio, vel vendicio aliquius fundi, necessarius est confessus Episcopi, & iure Pontificis ex c. ium accessus, de confit. & ita tener Panormi, c. ium omnes de confit. n. 4. & Felini, i. 8. glossa c. 2. q. 1. verbo statuum, de verbis signific. in 6. syllust. verbo lex q. 4. Sebastian, Medicis q. 16. Salas disp. 8. scilicet 16. n. 3. & Bonacina disp. 1. q. 1. p. 3. n. 3. Suarez lib. 4. de legib. cap. 6. n. 1. & 12.

Neque obstat argumentum in contrarium: expostulatur enim iuramentum, ad maiorem statui obsecrantiam, & obligacionem: non quia simpliciter ratione statuti obligati Canonici non sint. Item ratione iuramenti obligantur absque dubio, scilicet illo se unum ex maiori probabilitate.

Ad confirmationem respondet Capitulum scilicet Episcopo esse corpus integrum: quia caput haber immediatum, scilicet Decanum, taliter, quod in Capitu' Episcopus, non est caput, sed Decanus.

26. Supradictam doctrinam extendit Felin, & Panormit. in cap. cum omni, & c. cum accessus, de confit. & syllust. verbo lex q. 5. Salas disp. 8. scilicet 17. num. 89. Albericus tract. de statu q. 3. & 6. ad alias Ecclesiæ collegatas, universitates, & societates, ac collegia: de omnibus enim dicunt possi in rebus leuioribus momenti leges ferre: sicut vero in gravioribus. Bonac. na verbo p. 2. num. 31. & Suarez cap. 6. num. 19. negant haec po-

testatam. Et quidem si ex usu, & consuetudine non habent, ex iure certum est non habere, quia nullibi inuenitur illis concessa, & potestis iurisdictionis, cum si res facti, presumenda non est, nisi probetur. Poterunt tamen vi bene aduentur (upradicte). D. Etates, constitutions, & ordinationes facere tam dispositivas, quam penales, quae ad culpan obligent, vel ratione potestatis dominata, quam communi has acquirent potest extraditione, quam vnuquis que de se communat, vel illius rectori facere, potest, vt gubernetur, & punatur, si non obedierit: vel ratione promissionis, & iuramenti; quod solent praetare de terminatis statutis communatis.

27. Tandem venit d' condam de communitatibus religiosorum, in quibus non iolum est potestis dominativa ex vi voti obediencia & traditionis visulementum que ad se gubernandum; sed etiam est potestis iurisdictionis a Pontifice concessa ad gubernandum religiosos iuxta praecipuum regulam. adi. S. 1. b. 4. de legi. 6. n. 2. cum Inscrit. cap. in singulis, de statu Monach. Salas disp. 8. scilicet 18. Bonacina disp. 1. q. 1. p. 3. n. 3. fine. Sebastian. Medicis de leg. 1. q. 9. & 15. 1. quibus autem residet hæc potestis iurisdictionis, an iurice, in Capitulo generali tantum an etiam in ipso Genet. i. vel et. am. in Provincialibus, aut in conuentibus spectanda sunt particularia cuiusque religionis statuta: nam secundum illa iuridicitate o. concessa.

28. Abbatis autem, & monialium praefectis concessam esse potestem praependi non iolum ex iure & iurisdictione, sed etiam ex iure pontificis a Pontifice, videatur necessariò dicendum: alias non possent moniales delinquentes puniri: & iuridicit Bonacina supra, Salas disp. 8. scilicet 19. n. 92. Valq. 1. 2. disp. 166. cap. 4. m. 28. Thom. Sanch. lib. 7. m. Decalog. 1. n. 27. Numquam tanca possunt praedicti, nisi ea, quae ad i. cl. & potius iurisdictionem pertinet, nisi per mortem Episcopi, mutauit Felinus in statuum.

29. Inquiries, quibus delegari possit a Pontifice hæc potestis ferendi leges: Et quidem delegari possit nemini est dubium: cum sit pars iurisdictionis: habetur cap. grauem de sentent. excommunic. & tradit. in Panormit. n. 1. Suarez lib. 4. 6 fine, Salas disp. 8. scilicet 19. n. 92. Bonacina p. 33.

Difficil. scilicet, an ab aliis officiis delegari pro tota Ecclesia? Salas n. 9. 3, existimat posse Consilio generali, perforce autem particulari expedientis non esse, Bonacina vero & Suarez, affirmant de eggibilem non esse, quia non est deligabilius intallabilis afflentia spiritus sancti, in quo fundatur potestis obligandi ius. Ecclesiast. al. a. toto Ecclesia errare posset.

30. Ego vero distinguendam censes: siquaque enim sunt leges immediatae ad mores pertinentes, queque h. recte: xpstantur, potius sunt definitiones sive iei, & conclusiones deinde ex principiis naturalibus, vel reuertari, quām potius sunt constitutions: & de his cetero nullum alium preter Pontificem nisi sive aliquid firmiter statuerit, ob rationem dictam, quia non cit. deligabiliis afflentia spiritus sancti requirita ad humilmodi leges: & hæc est lex propter bonis matrimoniorum eunuchorum, b. g. miam, coitem vagum, matronum dare, b. v. v. & forte praecipiente rei maiori fidei per se. Alii autem iuri leges, & metu ramantur pertinentes ad talium, quia sine illis & talibus obtinet potest ius, etiam si aliud duecum disponeretur. Et in h. non video, qua ratione requiratur afflentia domini spiritus, præceptio iei deligat, & quare non possit aliquis pro tota Ecclesia potestis habere feudenti has leges: neque mihi se est, a inconveniens, in quo quid Conclavis generali, vel aliqua persona particularis possit iurisdictio alia statuere. vel medium præceptum præferre, in resignandis, vel acquirendis b. m. ficiis, vel in sacrificio Missæ aliquas ceremonias superadditæ: præceptum cum Pontifici semper liberum sit, legem illam a suo vicario f. omni abrogate, ratione potestis a Christo conceisse, que nimiribus est.

31. Secundum dubitati potest de sceminiis, an capaces sunt iurisdictionis Ecclesie?

Negat V. Gloria refut. 2. de potestate Ecclesie. q. 2. n. 3. 4. & 5. Moverit ex illo loco Pauli 1. Cor 14. Miserere in Ecclesiis taceant, tunc enim est malitiae locutus in Ecclesiis, sed hoc fundatum in istum est ad probandum est ostendit. Nam V. Etat. 2. cum Paulus solum de publica christiana doctrina loquatur, non de legislatione. Adit, posse legem scripturam condere, & alteri publicandam dare. Item hec mulier tupe sit in Ecclesia loqui ex proprio more: at ex potestate ipsius Pontificis ob aliquem causum gracie tupe esse non videtur: vt de S. Catharina Scenensi refut. Bonacina disp. 1. a. 1. tunc 3. n. 15. admisit hanc ad confirmationem coram Pontifice, & Cardinalibus Ecclesiæ Romanæ. Quocirca tunc se mihi offert repugnantia, quoniam Pontifex per suis mulieris hanc potest statim delegare, sicut & potest in imponendis censuris: sic Bonacina supra, Salas disp. 8. scilicet 19. n. 44. & alii quos in tract. de censoria retul.

*Qui teneantur legibus, tam ciuilibus, quam Ecclesiasticis.*

V ARIAS sunt personae, de quibus dubitari potest, an legibus teneantur.  
Primo, de ipso legislatore.  
Secondo, de pueris, ebris, & amentibus.  
Tertio, de pergebris, & fortibus.  
Quarto, de residentibus extra territorium.  
Quinto, de Ecclesiasticis personis respectu legum ciuium.

## S. I.

Legislator an suis legibus obligetur.

1. *Distinguitus duplex obligatio.*
2. *Obligatur directiva obligatio.*
3. *Vnde nascitur haec obligatio.*
4. *Hanc obligacionem esse grauem, qui censeant, & quibus probetur.*
5. *Probabilis est scelus scandalo, alioz ratione extrinseca solum esse veritatem.*
6. *An hac obligatio infra Principi respectu legum, qua ab inferioribus feruntur, ex ab ipso confirmantur.*
7. *Proponitur obiectio, & solutio.*
8. *Testamentum, & inservit haren facita a Principe absque solemnitate valer, non tamen valer testamentum in favorem Principis fiduciam, nisi ipse prius dispensauerit.*
9. *Obligari ad panem nullus legislator potest.*
10. *Exor legislatia, beneficio legislatoris exempla presumuntur.*

D Vpletice obligari potest. Primo ad culpam. Secundo ad personam. Prima obligatio vocatur directiva, quia dirigit lex, quid faciendum sit. Secunda obligatio est coactiva, quia cogit legislator, & censio impositione ad legi observationem. 2. De obligatione ad culpam communis est sententia cum D. Thom. 1.2. q.96. art.5. ad.3. legislatore suis legibus obligati, quando leges recipiunt materiam communem, & accommodatae subditis, & legislatori, indecens enim est legislator non se conformare & suis subditibus: & aliud praedicere verbo, aliud docere exemplo, potest enim illi obici, quod obiecit Phariseis, tempe agere alii opera grauia, & importabilia, cum tamen ipse nolit digito sub ea mouere. Quapropter id est, cum omnes, de confessionib. dicunt, patere legem, quam ipse nolit, nam fuisse quisque in alienum statuit, ipse codem vti debet. & Nauar. in cap. 1. p. 7. quando, de rescripti, except. 1. & conf. 2.8. & remiss. Courat. in cap. alma mater. i. part. § 1.2.5. Suar. lib. 3. de legibus. ca. 35. num. 4. Salas disp. 14. de legibus. fol. 2. an. 5. & seqq. Leffius lib. 2. de iustit. c. 15. dub. 5. Bonacina disp. 1. de legib. q. 1. p. 6. n. 19. Azor. lib. 5. c. 11. q. 1. & ali plures ab eidem reatu.

3. Difficilis autem est, unde haec obligatio oriatur, an lege ipsa, quia ceteros additringit, an ex lege aliqua naturali? Ex lege enim ipsa non videtur oriri posse: tum quia nemo in se ipsum exercere iurisdictionem potest, quia non potest esse superior, & infiatus. Tum quia obligatio legis positiva a voluntate legislatoris pendet. Potest ergo obligator veila alios suis legibus obligare, & se ab obligacione excusat: & ita credendum est fieri, quies legem a se latam transgreditur. Efficit ergo solum ex ipsa re natura oritur talis obligacionem. Quapropter cum legislator absque causa transgreditur legem alios impostram, non peccat aduersus suam legem, sicut non peccat quilibet alius, quem legislator absque causa a legi obseruatione excusat: peccat tamen aduersus legem naturali dictam legis, & debet verbo & exemplo subditos ad virtutem promovere.

4. Quanta autem sit haec obligatio, grauis, an leuis? Co- uare. cap. alma mater. i. part. num. 5. & 7. Valsquez plures referens 1.2. disp. 1.6.7. Sayrus in clavis regia, lib. 12. cap. 9. num. 2. sylvest. verbo lex, quib. 14. existimant esse grauem, quia grauia est materia per legem praecepta, quia ipse tenetur illam exequi, vel ex obligatione sue legis, vel ex obligatione iuris naturalis: sed a quocumque oritur obligatio, debet esse grauia, siquidem recipit materiam grauem. Ergo. Et confitmo, cum legislator omittat ieiunium, vel Missam a se generaliter praecepit, peccat aduersus illam virtutem, aduersus quam subdit peccat omittendo praecepti obseruationem: ut tenet Suarez lib. 3. cap. 35. n. 8. Leffius lib. 2. cap. 35. dub. 5. Bonacina punct. 7. num. 2.4. & aliij relati a Salas disp. 14. fol. 2. n. 17. Sed subdit illos peccant grauiter, quia materiam grauem aliquius virtus omittunt. Ergo etiam legislator eandem omittentes grauiter peccabit. Addic si ex praecepto naturali teneatur quis

Ferd. de Castro Sum. Mor. pars 2.

feruare ieiunium, vel Missam audire, cui dubium est potest peccaturum grauiter committentem? Sed legislator imponens legem ieiuniij, ex lege naturali tenetur ieiunium feruare, neque potest se absque causa ab illius obligatione excusat. Ergo peccat generaliter, si omittat.

5. Nihilominus probabilis censio solum esse peccatum veniale scelus scandalo, vel alia ratione extrinseca: sic docet Leffius cap. 2.5. dub. 5. Bonacina num. 23. Azor. lib. 5. cap. 1.9. 1. Salas de leg. disp. 14. fol. 2. num. 17. & seqq. & disp. 10. fol. 12. num. 10.4. Motuor, quia non videtur grauia deordinatio legislatorum in uno, vel altero actu subditis non se conformare, quia ex illis deformitate non sequitur perturbatione in republica, neque aliquod graue inconveniens: cum autem tota ratio obligationis in legislatore inde nascatur, efficitur facte grauem non esse. Quapropter non est attendenda grauia materiam secundum se, sed in ordine ad fidem praecepit, concedo enim ieiunium in ordine ad temperantiam, & Missam in ordine ad religionem, esse grauem materiam ac proinde illorum unicus omissione culpam grauem efficeret: at in ordine ad regimen reipublica rectum, & pacem in illa conservandam nequaquam grauem esse. Cum ergo legislatore praecipiente ieiunium, non praecipiat illi ieiunium ob temperantiam, sicut praecipiat subditis, sed ob regimen rectum reipublica, non peccat grauiter, eti illud una, vel altera vice transgreditur, sed solum, quando scandulum graue, & graue inconveniens inde timere potest. Ex quo sit non peccare legislatorem non obseruantem suas leges contra virtutem, quam peccant subditii, ut voluerunt Suarez, & Bonacina suprad., & aliij relati, sed contra virtutem potestiarum.

6. Sed inquires, an haec leuis obligatio sit in legislatore superiore respectu legum ab inferiori iacutum, praecepit cum in illa provincia, ac ciuitate commoratur, ubi vigint. Quod est inquirere, an summus Pontifex, dum in aliqua diocese speciali existit, teneatur legibus illius? & idem est de Imperatore, & Rege, an teneatur legibus municipalibus prouinciarum? Videatur teneri, quia indecorum est, non se omnibus conformare: quia fuit ratio supradicta obligationis. At dicendum est minime teneri, etiam illi leges ex ipso fuerint confirmatae: teneat lex, quid faciendum sit. Salas cap. 3. de legibus. 3. num. 14. & adducit Fe- lixi. cap. 1. de constitut. num. 30. Tiraquell, de otroque retractu, lib. 1. folio 1. §. 3. num. 38. consentit Bonacina p. 6. dum non fuerint a legislatore confirmatae. Salas disp. 14. fol. 2. num. 23. & seqq. Ratio est, quia legislator non solum est caput illius specialis prouinciae, seu ciuitatis, in qua de facto commoratur, sed etiam aliarum, in quibus illae leges non obseruantur. Ergo ex ratione capituli, non teneat se aliquibus subditis praeitate uniformem, cum illi subditi contrarij sint. Dixi, etiam si ab ipso legislatore confirmata sint, qui non confirmantur pro toto suo territorio, sed aliquia illius parte. Limitatamen Suar. num. 14 hanc doctrinam in loco proprio, domiciliario legislatoris, qualis est curia Principis, in hoc enim affirmat debere legislatorem leges illius oppidi accommodatas sua personae, & dignitatibus obseruare: quia alias occasionem praebet suo exemplo illas remendi: credet tamen leuiora causam sufficere ad honestandum harum transgressiones, quam transgressionem legis communis a se late.

7. Solium video obici posse aduersus supradicta Principem obligatum esse, sicut obligantur subditii, sequi taxam mercium a se factam: item stare legibus contractuum a se latis, si de facto contrahat. Ergo obligari grauies legibus.

Respondeo negando consequentiam, quia sequi taxam mercium, obligare ex iure naturali, quo canetur, ne pluris venduntur res, quam valeat committere: at postea taxatione, iam res illa communiter non valeat plus, quam taxata est. Ego idem dicendum est in contractibus, in quibus ex iure naturae expostulatur equalitas in viroque contrahentium, quapropter si contrahens cum legislatore, obligari legibus legislatoris, & ipse legislator stace illis debet, non quia leges illius sunt, sed quia sunt condicione: sub quibus contractus est celebratus. Quocirca si legislator celebat contractum cum aliquo, qui alias suis legibus est iuritus, censetur in suis legibus dispensare, quia presumuntur velle actum fieri maiori modo, quo potest: ut dicit Suarez lib. 3. cap. 35. num. 15. Salas disp. 14. fol. 3. num. 32. Bonacina disp. 1. quib. 1. punct. 6. num. 16. vel dicendum est neutrum obligatum esse, quia impossibile est legislatorem deobligatum manere, alio manente obligato: vel sub una conditione aliquem ex contrahentibus celebatur, que ab altero non acceptetur.

8. Ex his inferius, si Princeps condat testamentum, sine solemnitate a se requisita, & instituta aliquem heredem, validum esse testamentum, quia presumunt causam habere legitimam omnitudi illam solemnitatem, & secundum quod dispensando, cum in hac dispensatione nemini irrogetur iniuria: & ita traditur in lex imperfecta, C. de testament. At si aliquis institutus Princepem hereditem, vel legatarium in testamento, in quo iuris forma seruata non est, neque Princeps confequi legatum, aut hereditatem ex illo: quia non praeexistit dispensatio testame- to condendo.

condendo, & dispensatione non facta testamentum illud nullum est, ac proinde Principiu non potest tribuere: & ita deciditur in supradicta lex imperfecto. & s. vlt. Infir. quibus modis testamentis infirmioribus, & tradit Glosa ibi. Suarez cap. 35. n. 25. & seqq. Bonacina part. 6. num. 17. Salas dispu. 14. section. 3. num. 32. Et hac de prima obligacione legis, que est obligatio ad culpam.

9 Quod si se secunda obligatione legis, que est ad peccatum, loquamur, communis, & satis clara est decisio nullum legislatore ligari posse pena ex le statuta, quia nemo a se ipso cogi potest: neque etiam a lege imponere possum, quia est superior ipsa lege, & principie, quia in nostra sententia pena imponitur ob transgressionem legis polita a legislatore: a legislator non est sua legis transgressor, sed folum legis naturalis dictatis conformatio ipsius cum reliquis membris. Ergo: & ita tenet alios referens Azot. tom. 1. lib. 5. cap. 12. q. 2. Sayus in clavis regia lib. 3. c. 4. num. 5. Valent. tom. 2. dispu. 7. q. 5. p. 4. Bonacina dispu. 1. quib. 1. p. 6. num. 14. Suarez lib. 3. cap. 35. n. 15. Salas de leg. dispu. 14. scib. 2. n. 8. Valq. dispu. 167. cap. 1. Legibus lib. 2. de iust. 15. art. 5. & deciderunt expre in l. Principe. ibi. Principe legis solitus est, & s. vlt. Infir. quibus modis testamentis infirmioribus, ibi, licet legibus seleni sumis, attamen legibus omnibus, hoc est, eti non leges non astringant, attamen ob bonum exemplum legibus conformamus: & hacte videantur ha leges sub titulo limitato comprehendendi, quia de legatis caducis, & testamentis erat titulus: at decisio generalis est, & decisioni est standum potius, quam rubrice, ut bene explicuit Menoch. lib. 6. prafump. 1.

10 Adiecto vixente legislatore, eti legibus a legislatore latris subdatur: & a beneficio legislatoris exempta presumuntur, ex l. Principe. ff. de legibus: & ita tradit alios referens Sayus in clavis regia lib. 3. cap. 4. Salas de regib. dispu. 14. scib. 3. num. 36. Bonacina dispu. 1. quib. 1. p. 6. num. 10. Suarez lib. 3. cap. 35. num. 28.

## S. II.

Infideles, pueri, ebrios, ignorantes, & amentes, qua ratione legibus teneantur.

- 1 Infideles nullis legibus Ecclesiasticis tenentur.
- 2 Ebrios, amentes, ignorantesque inuincibiliter legem, à lege excusantur.
- 3 Pueri ante rationis usum, qui regulariter est septennio completo, legibus Ecclesiasticis non tenentur.
- 4 Post usum rationis ante pubertatem Ecclesiasticis legibus non teneri, qui doceantur.
- 5 Cetera sententia est obligari pueros habentes perfectum usum rationis.
- 6 In praecapo Eucharistia esse aliquid speciale, qui sentiantur.
- 7 Quid sit dicendum.
- 8 Censuris ab homine latias non adstringuntur pueri ante pubertatem.
- 9 Imo neque videantur censuris à iure, excepta excommunicatione ob percussione clericorum.
- 10 Qui non comprehendantur sub praecapo, poterint subministrare, & adiunire in actione prohibita. Secus qui excusantur.
- 11 Lices infidelibus, pueris, amensibus cibos veritos subministrare: non tamen licet infidelis in monasterio monialium introducere.
- 12 Non licet ignorabilis esse diem ieiunij cibos veritos ministrare, & ad comedendum inducere.
- 13 Potes pueros ante septennium in monasterio monialium introducere, secus amentes.
- 14 Non licet tibi invitare ad cepalum amentes, ebrios, nec pueros rationis usum carentes.

1 Præmittamus, quia in hac materia sunt omnino certa, ut gradum faciamus ad ea, quia aliquam dubitationem habent. Primo certum est infideles nullis legibus Ecclesiasticis generi, quia sunt extra Ecclesiam, & in illos nullam Ecclesia habet iurisdictionem, cap. gaudemus, & dñm, ar tenetur legibus naturalibus, & diuinis, quia Deo, & rationi subducantur. Ex quo inferri, an tenentur Eucharistiam sumere, & peccant morientes non solum in non suscipiendo Baptismo, sed etiam in non recipienda Eucharistia? veraque opinio est probabilis. Quid autem sit probabilis, in tractatu de Eucharistia desicimus.

2 Secundo certum est ebrios, & amentes, sicut & ignorantes inuincibiliter legem, tempore amentis, & ebrietatis, & ignorantiae excusari à legis transgressione, quia illius rei esse non poterant sive libertate, quia omnino erant. At decidi sunt legibus affici, sicut & afficiuntur dormientes, quia suape natura legem intelligere possunt, & ad illos, ut ad subditos, per se dirigitur: sic Sanchez lib. 1. in Decal. cap. 12. n. 3.

3 Tertiò certum est pueros ante vium rationis, qui regu-

lantur habetur completo septennio, nullis legibus Ecclesiasticis teneti: qui fundamentum harum obligationum, est rationis usus. Quapropter possunt laetitios, & caribus velci, diuinis in etate tempore interdicti, monialium claustra ingredi: sic Salas dispu. 14. de leg. scib. 13. Sayus clavis regia, lib. 6. cap. 8. n. 21. Azot. tom. 1. lib. 7. cap. 40. q. 6. Sanchez lib. 1. in Decal. cap. 11. n. 2. Suarez tom. 3. p. dispu. 4. scib. 2. vers. & inixa hanc Bonac. dispu. 1. de legib. q. 1. p. 6. n. 6. & alijs plures ab eisdem relati. Videntur tamen teneti legibus naturalibus, quia hatum obligatio cum ipsa natura ortum habet, quae def. se capax rationis est, excusatur tamen à transgressione, & peccato, donec perfectum usum rationis obvient: sicuti de perpetuo amentibus dicendum est, si enim legibus tenenti, excusantur tamen ab illarum obligatione amentiam. Quando vero dubium est, an rationis usum habuerint, presumendi sunt habete, si completerint septennium, secus ante, ut diximus tract. de conscientia, loquentes de conscientia dubia, quia præsumptio defumenda est in communione contingit. Ad dicitur Ioan. Sanchez fuis select. dispu. 1. num. 21. fine, eti constaret puerum ante septennium habete vium rationis, non obviente obligari legibus iuri possum, quia leges positivae attendant ad ea, que communite contingunt. Nam ad en. ff. de legib. & cum communite non contingat usus rationis ante preceum, non debet ante illam ataret, cui ex accidenti proueni, obligari.

4 Post vium vero rationis ante pubertatem non defuerunt Doctores, qui affirmant legibus Ecclesiasticis non teneri: nam D. Anton. 2. part. tit. 9. c. 8. §. 2. affimat praecapo confessionis non teneti pueros, vtque ad decimum, & dimidiatum annum, & aliquantulum ultra, & feminas, vtque ad novum, & dimidiatum annum, & aliquantulum ultra. Sotus 4. dispu. 12. q. 1. art. 12. ad fin. corp. dicit vtque ad duodecimum non teneti pueros usis Ecclesiæ praecipuis, ne confessions. Eman. Sa. 2. confesso. n. 3. confessio praeciput confessio non obligare vtque ad pubertatem, adiutur vero in summis reformatis ad peccata non confititibus impositas. Hentig. lib. 8. de Euch. cap. 42. n. 5. init. cetera Ecclesiæ praecipitis non obligari pueros, statim ac vium rationis habent, & lib. 13. de excommunic. cap. 49. num. 2. in commun. lib. N. dicit das hi. actinias, & carnes aliquo tempore post vium rationis, in diebus ieiunij. Quod autem hoc determinat, non determinat.

5 Vera tamen sententia, & omnino tenenda, est pueros, cum ad vium rationis peruenient, qui communite intelligi tur adiutare septennio comploto, obligari legibus Ecclesiæ, que expre tempus obligationis non determinant: sicut determinat in praecapo ieiunij, tener expre Th. Sanchez. plutes. lib. 1. cap. 12. n. 6. Bonac. dispu. 1. q. 1. p. 6. n. 8. Salas de leg. dispu. 14. scib. 13. specialiter de praecapo confessionis & Missæ, docet Suarez tom. 3. p. dispu. 4. scib. 2. num. 2. Azot. tom. 1. lib. 7. cap. 2. q. 1. & 40. q. 6. & de oblatione à carnis & laetitios, docet idem Suarez. & alijs relati a Sanchez. fuis. Ratio efficax est, quia eo ipso, quod vium rationis quis habet, capax est legis humanae obligations, tiquidem & ex est obligationis legis naturalis, & diuinæ. Ergo si expre non inveniatur exceptus lege, obligatur illa. Et de praecapo confessionis videtur res indubitate, cum in communis trinitate sexus, praeciput omnibus fidelibus, cum ad annos discretionis peruenient, confiteri, cuius praecipi transgessores eti puero, si discretionem habentes confessionem omittant, confitent peccata mortalis. Neque alia via ab hoc praecapo, & aliis se excusare possunt, nisi affirmatio discretionem perfectam ad illius obsequiarum non habere, est enim res indubitate non æqualiter vium rationis omni materia adiutare, aliqua enim sunt clariora, alia difficultiora: vt beatus Vasquez 1. o. dispu. 149. per totam: & Zumel ibi q. 39. art. 5. sicut non omnibus eodem tempore adiutur, patet enim nobilis, & iner vobis & politico educatis, citius vius rationis proueniunt, quam rusticis, & agrestibus: vt Reginaldus tom. lib. 29. num. 2. Quocumca dicere quis poterit puerum septennio completo peccata posse ieiunando, mentiendo, non tam comedendo carnes die Veneris, aut omittendo annum confessionem, quia discretionem sufficiunt in his materia non habet. At, ut diximus in tract. de conscientia dispu. 3. de conscientia dubia, quies dubium est puerum habere vium rationis, praesumendum est habere, & esse obligatum, si impluit septennium, quia regulariter illo completo in omni materia vius rationis habetur, & allegant contrarium incumbit onus probandi, cum aduersus presumptionem oriam ex communite contingentibus procedat.

6 Limitant tamen hanc sententiam communiter DD. in praecapo communionis, de quo affirmant non teneri statim, ac vium rationis habent, sed expectari posse, & debere vtque ad decimum, vel duodecimum annum, quia vtque ad illud tempus regulariter non videantur pueri habere discretionem, vt reuerenter Christi corpus sumant. Quapropter in communis trinitate sexus, vbi hoc praecipuum imponitur, Confessoris indicio referuntur temporis prorogatio: ac quilibet Confessor ex iudicio prudentem, & considerandæ Ecclesiæ laus recepta hanc prorogationem facit. Ergo illa facta jam puer Ecclesiæ praecipo non tenetur.

7 Fato

7 Factor hanc limitationem veram esse stante prioratio-  
ne Confessoris : at si Confessor sic differendam communio-  
nem non consulit expressè , summopere inclinat affirmare  
quemlibet puerum , cum ad annos dictationis venit , & obli-  
gatus est lege confessionis , obligatum erit esse recipere  
Eucharistiam , neque expectandam esse ad hanc obligationem  
longus tempus : teneat hanc sententiam expressè Ioan. Sanch.  
in scđt. disp. 2. n. 6. & adducit Anton. 2. p. tit. 9. cap. 8. p. 2. cir-  
ca marginem. & 3 p. tit. 14. cap. 12. §. 5. in prime & Paludan. in  
4. disf. 12. quæf. 1. n. 2. qui expressè id affirmat , & colligunt  
ex Tabern. in sum. verb. communicare , n. 3. Valent. 4. tom. disp.  
6. quæf. 8. p. 2. quæcum solum requirit , ut pueri faciat differen-  
tia hunc eucœfum cibum à cœfis : quod si vnum rationis  
habent ad confessionem , sufficiens id præstabilit : alij etiam  
Doctores adduci in favorem huius piaç opinionis possent , qui  
nullam autem pueris determinant . sed solum dicunt obligan-  
dos esse fulciri Eucharistiam , cum Confessio vñsum fuerit  
rationis vñsum obligatus habere : facit non leviter Trident.  
ſſ. 11. cap. 9. & Plus V. in catechismo de Eucharistia. num. 61.  
Ratio præcipua est , quia in cap. omnis veriusque sexus omnibus  
fideliibus æqualiter imponitur , & præceptum confessionis ,  
& communio in latrache : ut notari ibi glossa . Additur tamen  
communio differit posse ex confilio Confessoris , non quia  
obligatus non sit communicare , qui obligatus est confiteri , sed  
qua possunt esse plures caueat protogandi tempus communio-  
nis , cum tempus signatum communio determinatum sit ,  
quod non est determinatum confessioni . Item puer differen-  
tia habens , & obligatus præcepio confessionis , vel indi-  
cator prærogatione Confessoris , ut excusatur à communio-  
ni præcepto , vel non ? Si indiget Confessoris prærogatione . Er-  
go signum est illa non stante obligatum esse : si vero illa non  
indiget , ergo iam cap. omnis veriusque sexus , non æqualiter de  
præcepto confessionis & communio loquitur : quod vide-  
tur falsum , cum verba vñfornata sint , neque ex parte fide-  
lium ad hanc obligationem amplius expostulat , quam differen-  
tia . Adde non minorem differentiationem requiri ad recipien-  
dandam absolutionem sacramentalem , quam ad recipiendam  
reuerter Eucharistiam : nam ad recipiendum absolutionem  
sacramentalem , non solum requiritur , quod scire distingue-  
re inter bonum & malum ; sed vt scias te debere omoia peccata  
cum intimo dolore Confessori manifestare : at hoc non minus  
difficile est , quam scire te non debete communicare , nisi pur-  
gatum peccata & ieiunium . Ergo Denique in articulo mortis  
potius doli capacibus & aperte confiteri , posse dati viaticum ,  
tenet Armilla verb. communio , num. 10. Caetan. verb. mini-  
ster communio , in fine , Vinald. de Eucharistia , cap. 160. Salas  
de legib. lib. 14. ſect. 13. num. 12. Reginald. 2. tom. praxis ,  
lib. 19. num. 82. Henriquez lib. 8. cap. 42. n. 4. fine . Suarez tom.  
3. in 3. p. 4. ſec. 70 ſect. 1. in fin. Aboleda. præf. sacram. de la-  
bore. not. 13. Zambra de Eucharistia cap. 2. dub. 2. num. 10. anno  
de Eucharistia quæf. 80. art. 9. diff. 2. in 3. argumen. Nasci. sum. cap. 11. n. 57. Plutes ex . Doctribus tenent  
non solum potius dati , sed debere dati viaticum pueris moritu-  
ris capacibus peccantibus . Ergo signum est habere differentiationem  
ad Eucharistiam , & consequenter ligari præcepto illius etiam  
extra illum articulum .

8 Sed quid dicendum de censuris , & poenis ?  
Respondeo , si ab homine latr. sint , non adstringuntur pueri  
quæcumque ad pubertatem deuenient : habeant expr̄se cap. 1. de  
delictis puerorum . & in cap. referente eod. tit. vbi eti pueri pos-  
ſit ante pubertatem peccare : at ex benignitate Ecclesiastice pue-  
ri peccato imposita excusatur , si Azot. tom. 1. lib. 7. cap. 40.  
quæf. 5. Sotus 4. disf. 18. quæf. 1. art. 3. ad fin. corp. Vafquez tom.  
de penitent. quæf. 90. art. 1. dub. 4. n. 5. Cordub. summa. quæf.  
60. dicto 4. Thom. Sanch. lib. 1. in Decal. 1. 12. n. 7. Ioan. Sanch.  
disp. 6. ſect. 11. n. 18. & alij ab eisdem relati .

Dixi excusari pueros ante pubertatem à penis , & censuris  
ab homine latr. nam à censura iuriis communiter Doctores  
tradidit non excusari , si doli capaces sunt : mouent ex cap.  
Super eo cap. pueria , cap. quæcumque , de sententi. excommunic. &  
tradicte Vgol. de censur. cap. 17. §. 3. n. 5. Suarez tom. 5. de cen-  
sulis ſec. 1. ſect. 1. n. 19. Azot. tom. 1. lib. 7. cap. 41. quæf. 10.  
Henriquez lib. 8. de Eucharistia. cap. 42. comm. 8. Thom. Sanch.  
num. 8. & Ioan. Sanch. num. 18. Et rationem differenciam  
quæ censura iuriis comprehendat pueros doli capaces : feciis  
verò ab homine latr. assignat Suarez , & Vgol. ſuprà , quia im-  
pueris ex ea non censetur apta ad ordinem iudiciarium intelligendū : ac proinde neque de iure circa impubes potest , neque  
ad agendum ; vel defendendū se in iudicio admitti , iuxta  
cap. 1. lib. 1. in 6. quod ad incurrandam censuram ab ho-  
mine latr. necessarium est . Verum haec solum probat non in-  
curti censuram specialiter ab homine latr. queque indul-  
gatione speciali : at non probat in censura , que generaliter  
ab homine ferit , queque videtur conformis censura à iure  
latr.

9 Quocirca dicendum existimno solum sententiam ex-  
communicationis ipso iure latr. ab percusione clerici pro-  
pter eius gravitatem contrahit à partis doli capacibus ante pue-  
ri

beratam , quia in supradictis textibus ita haberunt : alij autem  
censuris , & excommunicationes ab homine latr. etiam gen-  
eraliter non comprehendunt pueros ante puberitatem ; fed se-  
quenda est communis decisio in cap. 1. de delictis puerorum ,  
quia oda debet refringi . Quare omittentes confessionem ; &  
communicationem , non contrahunt excommunicationem ab Episcopo  
latrani aduersus non communicantes in Paſchate , & con-  
fiteentes in anno , ita Ioan. Sanchez num. 18. Filius tom. 1.  
tradicte 11. cap. 5. num. 130. & puerum impuberem occidentem  
non contrahere irregularem , testatur Aula de censur. 7. p.  
disput. 6. ſect. 1. art. 2. Henriquez de irregul. ex cap. 3. num. 4.  
lib. 2. Ioan. Sanch. ſuprà , quamvis contraria tenet Thom. Sanchez  
cum Sylvest. lib. 1. cap. 12. num. 8. in fin. Neque hinc sic  
posito interdicto in aliquo loco non comprehendunt pueros im-  
pueris doli capaces , comprehenduntur namque ratione præ-  
cepti in interdicto latr. non in aliqua pena ipsius imposita ob  
aliquius præcepti transgressionem , & ita cum communis  
sententia docet Suarez tom. 5. de conjur. disf. 5. ſect. 1. n. 19. Cor-  
duba summa. quæf. 60. dicto 3. Sylvest. verb. interdictum 2.  
n. 18. Azot. tom. 1. lib. 7. cap. 41. quæf. 10. Thomas Sanchez  
lib. 1. in Decal. cap. 12. num. 8.

10 Tandem inquires , an licet tibi in omnibus excusat  
à præcepto cooperari in actione per præceptum prohibita ; v.  
g. g. an licet tibi , pueris , infidelibus , ebris , amentibus , igno-  
rantiis , subministrare die ieiunij carnes , aliquoque cibos  
veitos ?

Distinguendum est duplificer aliquos excusati posse à præ-  
cepto . Primum tanquam non comprehendens sub illo Secundo  
tanquam comprehendens . Prior modo excusatur infideles à  
legibus Ecclesiasticis , & infirmi à præcepto ieiunij , & pueri  
ante vñsum rationis ab omnibus legibus latente potuisse . Se-  
condo modo excusatur ebris , ignorantibus , dormitionibus , transgres-  
soribus doli capacibus : hi enim sub præcepto comprehenduntur : at ratione  
ebrietatis , ignorantiae , dormitionis , amentia transgressio præ-  
cepti illis non imputatur : qui modus excusationis non est pro-  
pria excusatio à præcepto . sed à transgressione culpabilis illius:  
quapropter dicuntur transgreſiūt pueri sibi impositum , eri  
illis non imputetur transgressio . Quotiescumque ergo aliqui  
excusatur à præcepto primo modo , scilicet , quia sub præcepto  
non comprehenduntur , bene poteris illis in actione prohibita  
per præceptum ministrare , quia non ministras in actione , qua-  
cis sit aliquo modo prohibita , sed in actione honesta , & de fe-  
bona : ac proinde neque formaliter , neque materialiter illa actio  
malitia est . Non ergo habet unde malitiam accipiat . At si solum  
à transgressione , & non à præcepto excusantur , nullo modo  
poteris illos ad talen actionem mouere , quia moueres ad rem  
materialiter malam , & de prohibitam sic colliguntur ex Th.  
Sanch. lib. 1. in Decal. cap. 12. præcipuā n. 9. Bonac. disp. 1. de  
legib. 9. 1. p. 6. & 2. 2. & seq.

11 Ex his inferetur primo , licet tibi subministrare ci-  
bos veitos di Veneris , carentibus rationis vñsu , infidelis-  
bus , pueris , infirmis , amentibus , quia nec ipsi comedendo  
peccant etiam materialiter , neque tibi specialiter talis  
subministratio interdicta est , sic Sanchez , & Bonacina  
ſuprà .

Notanter apposui , talem subministracionem tibi interdi-  
ctam non esse , quia potest contingere actionem aliquam , pro-  
videt alius fit , interdictam non esse , tibi vero esse interdictam ,  
interdictum enim non est infidelibus iure Ecclesiastico inge-  
di in monialium monasteria , quia nullis Ecclesiasticis legibus  
teneuntur : at si illos ibi introduceres , peccates latr. quia non  
solum ingressus , sed & cooperatio ad ingressum est tibi spe-  
cialiter interdicta , ut constat ex allegatio à Sanchez lib. 6. in  
Decal. cap. 16. sicut pueri ante vñsum rationis capaces non  
sunt vñlius legis Ecclesiæ : at si in ea azare decedant , sepeliri  
non possint in loco interdicto , quia hac prohibito non tam  
ipsos , quia sepius resipiciunt Suarez de censur. 5. tom. di-  
c. 3. ſect. 1. num. 2. Henriez lib. 13. cap. 41. n. 3. Sanchez cap. 1.  
lib. 1. num. 21. Bonacina num. 7. Salas disp. 14. de legib. ſect. 12.  
num. 126.

12 Infero secundò , non licet tibi ignorantibus esse  
diem ieiunij , neque ebris cibos veitos ministrare , & co-  
medendos consolare , quia absolutè teneunt lege ieiunij glo-  
bi illius transgressio excusentur . Item cooperatis ad alia  
de se malum , licet tamen tibi illos cibos subministrare  
amentibus : non quia carent ratione , sed quia amentia infi-  
rmatis est excusans à ieiunio , ita Sanchez num. 16. Bonacina  
num. 5.

13 Infero tertio , licet ibi pueros non habentes vñsum  
rationis , quales sunt non septem regulariter , intronizato  
in monialium monasteria , & foeminas similiiter non sepe-  
nentes in virorum monasteria , quia neque ipsi ingredientes pec-  
cant , neque illo iure videtur prohibita haec intronizatio , cum  
ex illa non sequantur inconvenientia , quæ sequantur , si ame-  
ntes , vel infideles pubetes introduceres : sic docet plures allegans  
Sanchez lib. 6. in Decalog. cap. 16. n. 5. Bonacina num. 6. Salas  
disp. 14. ſect. 1. num. 126. Barboſa remiss. Concil. ſess. 2. 3. cap. 1.  
de reform. & alij .

14 Infero quod, non licere tibi pellere ad copulam ebrios, & perpetuo amantes, neque pueros carentes ratione vnu, quia illa actio est de se omnibus illis prohibita, et ob defectum rationis, & difformis, culpa illis non imputetur. Qui vero dicentes pueros non septennes nullis legibus etiam naturalibus tenet? consequenter debent affirmare, consulete horum congresum non esse de le malum, sicut non est malum bellus coniungere. Quapropter nos diximus, esti a legum transgressione, & peccato excusat, dum rationis vnu non habent, non tamen eximi a legibus, sed leges naturales cum ipsis, vi potest rationis capacibus, loqui.

## §. III.

## De peregrinis, &amp; forensibus an teneantur legibus loci, qua transirent.

- 1 Forensis accedit animo ibi perpetuo manendi, legibus illius loci tenetur statim.
- 2 Idem iuris est, si maiori anni parte intendas ibi commorari.
- 3 Legibus statutis solemnitate in contractibus teneri.
- 4 Ab hac doctrina excipiuntur Sanchez, & alii contractus dotalis, sed non probatur eius excipere.
- 5 Explicatur supradicta doctrina, & declaratur, ubi quis est conueniens.
- 6 Teneri legibus loci, qua transis, si eadem ergo in tuo territorio.
- 7 Idem iuris est de legibus bonum speciale ciuitatis respiciens.
- 8 Item de legibus iuris communis, tametsi in tuo territorio vi gorem non habeant ex confusione recepta.
- 9 Proponitur obiectio, & solvitur.
- 10 Qui censeant, & quomodo probetur extra supradictos casus, legibus loci, qua transis, te obligatum esse.
- 11 Probabilitus existimo te obstat.
- 12 Limitemus aliquis nostram sententiam, ut procedas de transi- tu cum aliqua perseverantia, sed repellitur.
- 13 Intelligentia est obligatio peregrinorum, tam quoniam enim quam quoniam panam.
- 14 Procedit resolutio, tame si lex pro solis adueniis lata esset.
- 15 Idem iuris est de sententiis, & preceptis, ac de statu, & lego.
- 16 Delinquens in suo oppido si alio accedat, non potest a iudice illius loci puniri, quidquid dicas Basil. de Leon.
- 17 Satisfit argum. num. 10. allato.

**I**N hac re sunt aliqua, in quibus Doctores communiter conueniunt, alia in quibus est diffensio.

Primum conuenient omnes forensi, accedentes alieni loco animo ibi manendi in perpetuum, teneri statim legibus illius loci, quia tunc non est forensis, & peregrinus, sed incola, vicepotest, qui acquisivit domicilium, ratione cuius quis incolitus est, ut tradit Farinacius 1. part. prax. quaf. 7. n. 1. & ita tenet plures referens Sanchez lib. 3. de mar. disput. 18. num. 9. & lib. 1. in Decalog. cap. 12. num. 42. Suarez tom. 1. de relig. lib. cap. 14. n. 15. Salas disput. 14. set. 4. in princip. Lessius lib. 4. de infir. cap. 2. dub. 7. num. 4. & alii referendi. Domicilium acquiritur ex ipso, quo quis incipit habitare aliquem locum animo ibi perpetuo manendi. I. domicilium, ff. ad municipalem, & tradit glossa, & Sanchez plures referens lib. 3. de marim. disput. 23. num. 2. Neque requiritur decenni habitatio, nisi ad presumendum animum perpetuum: vt bene Sanchez numer. 1. & 2. Semel autem domicilio constituto non depreditur: nisi & habitatio, & animus ibi perpetuo manendi intentur, quia cum virtute que, & habitatio, & animus ad domicilium contineundur conuenient, utrumque est necessarium ad illud amittendum: quia res per qualcumque causas nascitur, per eas dissolubilis, cap. 1. de regulis iuris relati Doctores. Neque audiendus est Ioan. Sanchez disput. 1. in select. num. 33. dicens, non acquiri domicilium, quoniam maiori anni parte perseverent quis in voluntate illo in loco perpetuo manendi, quia gratis, & sine authore afferuntur.

Secundum conuenient communiter Doctores, si intendas maiori anni parte in aliquo loco commorari, sicut solent scholastici in universitate studentes, solicatores in curia locantes operas ad longum tempus. tenets legibus illius, quia esto domicilium non fuerit consecutus: consequitur tamen quasi domicilium: hoc enim dicitur affilia, & diuina habitatio, ratione cuius potes conueniri, iuxta 1. & in princip. lib. 1. & affida versatur, Cod. ubi lenitores, vel alii clarissimi, & i. h. b. absent. §. proinde, in fine, ff. de iudicis, & 1. Cod. ubi de criminis agi obvertit, & ibi glossa verbo elegit, & tradit Tiragolum de serrata. l. ionas. § 9. glossa. 2. num. 26. Farinac. supr. n. 5. Thomas Sanchez lib. 3. capit. 23. num. 12. Item ratione quia huius dominii potes ibi recipere omnia sacramenta pte- ter ordinem, ordo enim excipitur, cap. cùm nullus, de tem-

ordin. in 6. Item ibi es sepeliendus, nisi alibi eligas sepulchrum. Molin. de iust. tract. 2. disput. 24. vers. quando quis. Ergo ab solute censenis subditus, & legibus illius loci obligatus: docet plures referens Sanchez lib. 3. de matrimon. disput. 18. num. 9. Lessius lib. 4. de infir. cap. 2. dub. 7. num. 47. Bonacina disput. 1. de legibus quaf. 1. p. 6. num. 43. Basilius de Leon. lib. 3. de matr. cap. 7. §. 1. num. 4. quamvis non desint plures Doctores relati Sanchez lib. 2. de matrimon. disput. 18. num. 8. dicentes requiri animum perpetuo manendi, ut legibus; & consuetudibus illius loci subdati. Sed non videtur vlo modo admittendum.

3 Tertio conuenient Doctores teneri in contractibus seruare conditiones, & solemnitates a legibus illius loci, in quo contrahis, constitutas: quia ratione contractus fortius forum, ibique ad standum, contractus poteris conueniri, ex cap. dilecti, cap. fin. de foro compet. quid si nolit, & quis affidat, ff. de adi- lit. i. h. b. absent. §. si quis intell. ff. de iudicis, & in nostra iure, 1. 32. tit. 2. P. 3. docet plures referens Sanchez n. 10. & seq. Molina tract. 2. de infir. p. 260. initio. Basilius num. 2. 1. Bonacina num. 5. Salas invenientes referens disp. 14. set. 4. n. 52. Quare si in contractu non feruerit solemnitas locali praescripta, omoine est iritius, & nullus: vt tener Felin. cap. 1. de sponsalib. num. 23. Bonacina, Salas, & alii supra. Hinc sic te teneri pretium meritis signatum feruare quia lex de pretio est, que pre- cipue pertinet ad contractum. Item quia teneris aequitatem feruare, que maxime in precio procedit. Deinde teneri solu- re gabellam, vel aliud quocumque onus contractu annexum, quia est pars contractus, vel accessorium illius. Quia omnia ve- ra sunt, etiam si per epistolam, vel nuntium contractus celebre- tur, docet Felin. & Basil. supra.

4 Ab hac doctrina excipiunt Thomas Sanchez, Salas, Bonacina, Suarez de legib. cap. 33. num. 13. contractum dotalis, in quo dicunt non attendi solemnitatem loci, in quo celebratur, sed loci, in quo vir habet domicilium, probantque ex leg. exige ff. de iudicis. ibi, mulier debet, ubi maritus auctoril habet, non ubi instrumentum dotalis scriptum est. Veum haec excepio mihi non probatur, sed absoluere existimat contractum eriam dotalis. quad lucrum, & alia onera, & conditio- nes fieri debet, iuxta leges loci, in quo celebratur est. Moncer, quia nullo iure videtur exceptus hic contractus: nam supradicta lex non loquitur de solemnitate in hoc contractu requi- sita, & conditionibus illius, sed de exactione, & repetitione il- lius, quia longe diversum est. Factor, inquit, cum dos repre- renda est, debere reperi, vbi vir domicilium haberet, non ubi dota contractus celebratur est: quia bona viri obligata sunt dota solvenda: at contractus secundum leges loci, in quo cele- bratur est, iudicari debet: & ita in iure nostri regni videatur decifum, lib. graci. 1. t. 4. ibi, zala costumbre de aquella tierra usucieren el casamiento, debe valer quanto en las dotes, en las arribadas, ganancias, que se fieren, & no la de aquel lugar, do se cambiaron, & ita tener, & optimè probat Salas disp. 16. de leg. set. 4. num. 46. cum mag. Lopez in supradict. l. Simancas de catholicis, in s. 14. n. 143. Basilius de Leon. lib. 3. de marim. cap. 7. n. 22.

5 Dixi, ad standum contractui te conueniri posse, vbi con- trahis celebratus est, qui fortius forum illius ex supradictis legibus: & l. omnem obligacionem ff. de iudicis. Et tradit alios referens Salas n. 45. Excipi tamen debet nisi ex voluntate contrahentium, & natura contractus executio in alium locum de- signata sit: quod contingit cum incola alienus cum adue- nientia contrahit, quem fecit statim decifum, uno enim non pos- test aduenire conueniri in loco, vbi contractus est celebratus: sed ubi haberit domicilium, quia ibi intendit se soliendo obligare, ex l. contractus ff. de oblig. & act. ibi, contractus ff. omnisque que co- loco intelligitur, in quo ut soluerit, se obligavit, alias durum est, quotquot locis quis nauigans, aut it. faciens delatus est, tot lo- cis ex defendere, vt dictum in l. i. h. b. absent. 1. §. proinde de iudicis. Et hac ratione dicimus contractum domum reprendendum esse in loco, vbi vir habet domicilium, quia ea natura talis contractus, & ex voluntate contrahentium illi locus solutionis designatus est. Aliquas huius dictarum limitationes adhibet Ma- tienzo lib. 5. recipit. tit. 9. lib. 2. gloss. 1. n. 7. quia omnia videnda sunt, quia optimè hanc materiam, & supradictam le- gem explicant.

6 Quartò conuenient Doctores te teneri legibus loci, qua transis, si illi leges obligent simili, vbi ipse habes domicilium: sic Sanchez de marim. lib. 3. disput. 18. num. 3. & 24. & lib. 4. in Decalog. cap. 12. num. 21. Salas disput. 14. set. 4. num. 40. Suarez tom. 1. de relig. lib. 2. cap. 14. num. 15. Bonacina. disput. 1. quaf. 1. p. 6. num. 52. & contrarium dicere reputare absurdum. Ratio, quia iuste communi per coniunctitudinem introducto, lex propria- tui domicili, vel ex illius loci, vbi resides, te obligat, quod certe equum esse videatur, cum ex haec obligacione non gra- nitis amplius, quam si in tuo proprio domicilio existet. Quam- quis contra teneat Ioan. Sanchez in select. disput. 54. num. 32. ad fin.

7 Quinto conuenient DD. si leges lat. sunt in bonum illius loci, qua transis, te obligant illas feruare: vt

fus

sunt leges prohibentes, ne aliqua merces ex oppido extraheatur, & peregrini ultra ter dies commotetur, quia aliter populus defendi non potest; & ita tradit piores referens Sanchez lib.3, de matr. disp. 18, n.14. Et lib.1, in Decal. cap. 12, n.36. Salas sibi. num. 54. Bonacina disp. 1. quaest. 1, p.6, n.53. Suan. lib.3, de leg. cap. 32, n.8. Quapropter in iure nostri regni, eadem incolis, & forenibus praetribuntur, ut constat ex l.12, lib.12, lib.1, nota compilata. Et l.12, n.10, lib.5. Et l.5, n.18, lib.6.

<sup>8</sup> Sexto feri omnes conveniunt te obligatum esse scrupule leges oppidi, qua transis, si leges sint iuri communis, & ubique obligantes, etiam si in loco tui domicilium vigorem non habent ex contraria consuetudine. Ratio videtur manifesta quia si subiectus es illarum legislatorum, neque habes aliquam excusam te excusantem ab illius obedientia: siquidem conseruatio tui oppidi, que te excusabat, non excedit territorium, non enim facit prilegium personalis, sed locale; sic Henr. lib.9, de Miss. cap. 2, n.2. Nauar. cap. 23, num. 120. Sanchez lib.1, in Decal. cap. 12, num. 19, mutatis sententiis, quam docuerat lib.3, de matr. disp. 18, num. 7. Sua. clavis regia, lib.3, cap. 4, num. 15, dab.2. Salas de leg. disp. 14, sibi.4, circa fin. Bonacina disp. 1, quaest. 1, p.6, num. 53. Suarez tom. 1, de relig. lib.2, cap. 14, n.17. Ex quo inferitur Castellum transeuntem per Lutitaniam non posse velici die Sabbati animalium interstans, sicut in Castello, qui iure communis obligatur abstineat, & si omnia ex consuetudine Castellis excusabatur. Et idem est de incolis illorum locorum, in quibus non incipi quadrigeminalie ieiunium à de quarta Cinerum, qui te transiret illuc, vobis ieiunium feratur, tenentur ieiunare, sic supradicti DD. quanvis contra reteget Sanchez in loco allegato de matr. eu. Palacos 4, disp. 15, disp. 18, pof. 6, concil. fol. 1L6, vers. at vero, & Petri, de Ledesma, de matr. quaest. 45, art. 5, p.3, dub. vlt.

<sup>9</sup> Sed objicies hinc sequi ieiunia, & festa, & qualibet alias leges latas ab Episcopo, in cuius dioecesi commotari, vel a tuo Principe, te obligate transeuntem per totam diocesim, etiam in loco, vbi domicilium habeas, vigorem non habent?

Respondeo, si latet sunt generaliter pro tota diocesio, idem est dicendum, ac diximus de legibus iure communis lati, obligare, inquit, omnes diocesianos, dum sunt in diocesi, neque possunt excusari, nisi ob contraria consuetudinem: quia non excedit terminos alijcuius oppidi, extra illud non exsolabit. At si leges non sunt late pro tota diocesio, sed pro aliqua ciuitate; tunc qui dicunt non teneri peregrinos legibus municipalibus illius loci, qui transirent, consequeretur de his legibus dicendum est: quia non ad omnes subditos, sed ad subditos in illo loco feruntur. His ergo positis,

<sup>10</sup> Prima sententia docet extra supradictos casus te deobligatum esse legibus loci, qua transis, ien in quo maior anni pars te refidet non vis, si Sanchez plures referens lib.3, de matr. disp. 18, num. 6. & lib.1, in Decal. cap. 12, num. 38. Saytus in clavis reg. lib.3, cap. 4, n.1. Leffius lib.4, de inst. cap. 2, dab. 7, n.49. Azor tom. 1, lib.7, cap. 30, quaest. vlt. Tolter, lib.6, sum. cap. 5, num. vlt. Bonacina disp. 1, de leg. quaest. 1, p.6, num. 56. Joan Sanchez disp. 14, sibi.4, n.32, vbi innumerous ieiuni. Movenatur, quia nullus sit alteri subditi, vt obligari, & paniti posse, aut ratione originis, domicilii, vel delicti, & multis comprobis Farinae, lib.1, sua praxis, quaest. 7, a.n.1. Sed dominium; aut quasi dominium, non acquiritur ex eo, quod minor parte anni alijcuius commotari. Ego non habes fundamenum, quo obligari legibus loci qua transis. Secundo Episcopos, v.g. illius loci, qui transis, neque te potest coniungere matrimonio, neque in vicis dispensare: neque alios fauores conferre, praeter sacramentum parentitatem, & Eucharistie, ex tacta tui Episcopi concessione. Ergo neque potest suis legibus te alligare. Tertiò adducitur a Sanchez decretum Leonis VIII, vulgo IX, in epist. aduersus Michaellem imperatorem, Confamnat. cap. 28, vbi statuit, ut vnuquis iuxta ieiunum sua Ecclesia celebret. Ergo non teneris loci consuetudinibus te conformare. Quartò probant ex Augusti, relato in cap. illa, disp. 1, ibi. Alio, qua pro loca terrarum, regione que variatur, sicut est, quod ali ieiunant Sabbatho, alii non, totum hoc genus rerum ieiunis habet obseruationes, vbi glosa sit, verbo. Iheros, quod liberum est Sabbatho ieiunare, quantum ad extraeneos, non quantus ad illos, vbi consuetudo feruntur est. Quintò adducunt 1. heres absens ff. de iudi. vbi probatur viatores non forti forum loci, qua transirent. Sextò probant ex eo, quod qui transirent aut brevi tempore diuerter ad locum, non dicunt moratice in eo esse. 1. quaestum, 76, §. fin. ff. de leg. 21, 3. ibi, rebus, que in fundo sunt, legatis, non accedunt, que colli illi fuerunt, & l. 5, ita. 5, ff. end, iti. ibi. nec quod capi ibi sit magis esse legatum, & cap. nam & ego, de verb. signif. vbi statim obiens, quafid non natus reputatur, & eadem de causa dicitur Salomon voigenitus, quia frater veterinus quem habuit, citro obit, & in cap. ad vestram, de regulari, dicitur, qui triduo tantum fuit reguli regulari induit, non dicitur habitum induisse; quia,

vt ait ibi glossa, non dicitur factum, quod non durat: quam glossam sequitur Felinus cap. in presencia, num. 32, de probat. he non debes dici praesens esse alicubi, vbi non longo tempore commotari. Septimus probant ex text. in cap. à nobis, de sent. excom. vbi Clemens III. dicit sententiam latam generaliter, in eos qui fuimus fecerint, tantum comprehendere subditos. Ergo tantum comprehendit subditos incolas, non extraneos. Ergo extranei subditos non sunt. Denique variis exemplis natuerunt hanc sententiam confirmare. Primo infideles transientes per Hispaniam non obligantur legibus illius. Secundo regulares non obligantur legibus territorij, neque novitij legibus professostrum; neque Graeci Sacerdotes legibus Latinorum. Ergo extranei non subduntur legibus loci, qua transirent.

<sup>11</sup> Nihilominus esti supradicta sententia probabilis sit, probabilior multo mihi visa est affirmans peregrinum, & forensem teneri legibus loci, qua transis, dum tempore obligacionis in illo persistit: sic Nauar. cap. 13, num. 120. Conat. 4, var. cap. 20, num. 8. Henriquez lib.7, de indulg. cap. 13, n.8. Suarez tom. 1, de relig. lib.2, de festis, c. 14. Et lib.3, de leg. c. 33, n.33. Salas disp. 16, de leg. sec. 4, concl. 4. Gabi. Valquez 3, tom. in 3, p. disp. 84, cap. 2, num. 28. Bafilius de Leon, lib.5, cap. 7, §. 1, num. 6, consentit ex parte Leffius lib.4, cap. 2, dab. 7, numer. 47, quatenus affirmat, si peregrinus, & forensis aliquibus diebus in loco commotetur, quia ille locus terminus est vlt. teneri legibus: & alij plures relati à Sanchez illa disp. 18, de matrimonio numer. 4, Salas, Suarez locis citatis.

Ratio principia est, quia conformari consuetudinibus, & legibus loci omnes, qui ibi resident, dum praesentes sunt, & commotantur, conuenientissimum est, & recte gubernationi, paci, & tranquillitate reipublicae maximè necessarium: ut colligatur ex Augusti, cap. quisquis, disp. 41, cap. in noua, 16, q.7, cap. illa, disp. 12, c. que contra, disp. 8. Ergo debemus agnoscere esse aliquem in rerum natura, qui omnibus obligationem inducat ad fernandam hanc vniuersitatem; sed nullus alius esse potest aptior praeter gubernatorem illius loci: ergo gubernator illius loci ex iure ipso naturali, vel gentium potestatem haber obligandi omnes in suo territorio existentes, dum ibi existant. Et confismo: si ibi peregrinus delinquat contra ius naturale, omnes conuenient puniri a superiori illius loci postr. sed hoc nulla alia ratione contingit, nisi quia ad rectam reipublicae gubernationem conuenit, ut vbi quis committit delictum, ibi puniat, & malum exemplum punitione reparetur, sed sequit ad rectam gubernationem conuenit, ne mala exempla praebantur, neve aliis occasio transgrediendi leges praebantur. Ergo iustum est quemlibet obligari, se legibus illius loci conformare. Secundò si leges illius oppidi, qua transire peregrinus, in suo territorio obligant, admittunt communiter DD. etiam contraria sententia inducere obligationem, quia ex iure communis, consuetudine, & praxi recepta, leges eam vim habent fed haec confutando, & praxis recepta ostendi non potest, specialiter in hoc calu. Ego dicendum est, esti generaliter ad omnes leges, sua communes sunt in oppido peregrini, sive diversa. Et confismo: quia in presenti calu, ideo obligatur peregrinus, quia ex peregrinatione non grauatur, siquidem existens in suo territorio obligatus maneat: at ex eo, quod forensi legibus territorij, qua transis, obligatur, non inde grauatur: nam grauamen, quod illi imponitur, obligatione illiarum legum, compensatur aliunde exemptione legum sui territorij. Ergo Tertio si cum leges sunt communes domicilio, & loco, qua transis, dicitur te esse obligatum ex iure communis non factio, etiam ex iure communis scripto manes obligatus seruare omnes factae leges, & consuetudines loci, qua transis, etiam in tuo loco non obligant: nam vniuersalis est lex lata in o. fin. de ferias, obligans celebrare omnes festivitas, quas Episcopus cum suo clero in sua diocesi celebrandas statuerit, & e.z. de obser. ieiun. q. item, dicitur in festivitatibus, & abstinentiis fernandam esse consuetudinem regionis; sed in his capitulo nihil distinguunt inter viatores, & incolas. Ergo omnes manent comprehendendi. Ergo ex iure communis adstringuntur viatores loci consuetudinibus. Quartò cum lex municipalis est de re ad bonum illius loci pertinente, conuenient Doctores, ut diximus, viatores obligatum illa esse; sed omnis lex ad bonum reipublicae, & in viaticum illius referatur. Ergo ex hac parte omnis lex habebit vim obligandi viatores. Et confimo, pax, tranquillitas, & bonus exemplum, non minus bonum est reipublicae quam abundantia tritici, & copia armorum, & cuiusvis mercis. Sed quando lex prohibet, ne armis, vel triticum extrahatur, neve aliunde merces in rem publicam inouchantur, obligant forenses ob bonum reipublicae. Ergo etiam obligari debent omnibus legibus, ex quibus perturbari pax, & tranquillitas potest. Tandem probati potest ex supradictis locis Augusti, qua referuntur à Sancto, Bafilio, Salas, Suan. & aliis supra, specialiter ex cap. qua contra, disp. 8, ibi. qua contra mores hominum sunt flagitia, pro morum diuersitate sunt vitanda, ut pacium inter se genit, aut ciuitatis, consuetudine vel lege firmatum, nulla ciuitas, aut peregrini libidine violetur; turpis enim est omnis pars, uniuerso suo non communiens. Vbi expendenda est ratio

ratio, quare Aug. obligat viatores se conformare consuetudini loci, qua transeunt, quia scilicet turpe est partem non se conformare vniuerso.

**12.** Aliqui Doctores hanc nostram sententiam limitant, ut solus transitus non sufficiat ad obligationem hanc indicandam, sed necessarium requiri, ut aliquo modo ibi viator sit, sic Emanuel Sanctorum Missa auditio, num. 6. Lassus *sprā* n. 47. Navarr. cap. 13. n. 5. Ludovicus Lopez i part. instruū. cap. 52. §. nec peccant. Sed reprobanda est limitatio, & dicendum obligatos esse viatores, ac sunt iscoꝝ illius loci, & teneat legibus municipalibus, si instet tempus adimplendi illas: & ita docet Salas num. 50. Basilis n. 14. Suarez n. 22. & seqq. cum enim ratione accessus, & habitationis p[otes]t fuit illius reipublicae, subditu sicut gubernatori illius. Et quo sit, si ibi feratur ieiunium, te non posse carnis vesci; quia abstinentia carnis morto tempore dici obligata. Idem est de Missa auditione, si instet tempus audiendi, eo quod non sit alia Missa, præter viam, quæ dicitur, cur te ibi commotaris, teneat fuit illam audire, hec & incolæ tenentur. Hoc autem intelligendum est, casu, quo ibi maneat tempore proportionato audiendi sacramentum, faciliter tota mane, vel magna illius parte; si enim locum ad cibos sumendos ibi perficiat, non videtur obligatio tibi esse imponenda, quia non est tempus proportionatum ad satisfaciendum huius obligationem, sic Salas *dispt.* 14. de legibus, *fest. 4* num. 50. *versic.* & quārvia. At si fuit plures Missæ diecende, & tu antequam finias, vis a loco, in quo est festum, exire, existime te non esse obligatum audire sacrum, quia dum ades ibi loco, non te instat obligatio audiendi sacramentum, quia dum ades ibi, non te instat obligatio ob defectum Missæ, expectare autem nulla lege videris adstringi. Ergo et de his potest latius dicimus.

**13.** Supradicta nostra sententia de obligatione viatorum legibus municipalibus, quæ transiunt, non solum intelligentia est de obligatione directa, sed etiam penal. Quapropter si pena transgredientibus legem imponatur, afficiunt illa adiuvare transgressores: tunc quia committunt delictum in illa transgressione, ut supponimus; ergo debent ibi puniri: nam ratione delicti superiori illius loci subdantur l. 15. *tit. 1. part. 1.* & ex authent. quæ in provincia. C. ubi de criminis agi apertore. & c. fin. de foro compet. & aliis pluribus relatis à Farinac. lib. 1. *prax.* quest. n. 1. Tunc etiam quia via præceptiva, sine coactiva inefficax est, & inutiles: & ita tenet alios referens Salas *dispt.* 14. de legibus, *fest. 4.* n. 49. Basilis n. 15. Suarez lib. 3. de legib. *cap. 33. num. 9.*

**14.** Secundum intelligenda est doctrina, etiam si lex pro soli adiuvanti, & p[er]egrinis existat, potest enim causa contingere, ut ad bonum commune reipublica spectet a iuga statuere solis p[er]egrinis conuenientia, ut quod non deficiant armæ, neque in tali loco recipiantur. neque sint torides, quin se manifester, & alia humu[m]di. Ergo concedenda est in republica potestas ad hanc obligationem inducendam: alias non potest reipublica se incolument, & indemne feruare: & ita teneat contra Innocent. cap. a nobis, i. de sentent. excommunicati. Panormit. & Hystieni. ibi. Sylvestri excommunicatio 2. num. 5. Suarez de legibus, lib. 3. c. 33. n. 7. Salas *dispt.* 14. *fest. 4.* n. 49.

**15.** Ex supradictis sit, si lata sit excommunicatio aduersus ferentes arma, vel colloquentes cum monialibus sine licencia, vel futrum committentes, incurte excommunicacionem. Sed hoc limitant Doctores, quando excommunicatio lata est per statuum, non per sententiam generalem: & sic explicant cap. a nobis, i. de sentent. excommunicati, ubi interrogatus Pontificis, a forenses comprehendenter in excommunicatione lata ab Episcopo pro furoris delictis respondens solos subditos comprehendendi: dicunt ergo forenses esse exclusi, & ita ita tener cum communi sententiâ. Sua. de legib. *cap. 33. num. 9.* & 10. redditum rationem, quare statuum, & lex competitenda forenses, non verò præceptum, quia leges afficiunt personas ratione territorij: at præceptum directe ad ipsas personas fertur: & cum adiuvare solum ratione territorij sint subditi, solum legibus, & statutis videtur posse ligari. Deinde, quia leges. vi. p[ro]p[ter]a finie. & stabilis. sunt magis cognoscibilis: at præcepta non tam facile cognoscit possunt; meritò ergo viatores ab observatione præceptorum debent esse immunes, obligari tamen legum observatione. Ego vero dicendum existim, posse forenses præceptis specialibus ligari, quia recte gubernationi reipublicæ hæc potestas videtur conuenientissima. Item omnes rationes, quæ militate de legum obligatione, procedente in præceptis: præcipua enim ratio, ob quam legum obligatio tener forenses, est conformatio cum reliquis de reipublica, quæ in præceptis exquarimenter procedit, neque illa distinctio legis a præcepto, scilicet legem ferri ad personas pro territorio, præceptum vero ad solas personas,

est ea is fundata. Lex enim, & præceptum extra territorium operari non potest. Quocirca non solum posse, sed de facto obligari p[er]egrinos sententia generaliter latissima, credo probabilius cum gloria in supradictis cap. a nobis, de sententia commun. Et licet Pontificis expressè non dixerit adiuvas ibi comprehendendi: non tamen illos exclusi, sed quasi rem indecidam relinquunt, ut locus daretur opinionibus; qui enim dicunt adiuvas comprehendendi, debent explicare, voluisse Pontificis comprehendere omnes subditos tam incolas, quam adiuvas, dum ibi existunt, secus dum terminos territorij egrediuntur, iuxta cap. ut animarum, de constit. in 6. Adde supradictum caput à nobis posse optimè, non de sententia, sed de statuto, & lege explicari, quia eodem modo procedit, ac etiam animarum, de constit. in 6, quod esse statutum omnes affirmant: sic aliqui relativi a Salas n. 4. Basilis de Leon n. 19. & 30.

**16.** Neque hinc sit delinq[ue]ntem in suo oppido, si alio accedit, posse ibi puniri, ut incolit adiuvus commonyent sententiam Basilis de Leon num. 15. leui fundamento adductus. Meuert, inquam, quia viator est subditus iudicis illius loci, scilicet & legibus illius: quo probat ex Clement. *Pastoralis.* de sentent. & re iudic. ibi, quod si punio[n]is criminis intra distritum imperiale committi, ad Imperatorem forsan pertinuisse assuratur, verum est quidem, si eodem districte fuerit inueniens delinq[ue]nt, vel ad illum de more rem gressus, quare si eius fines transgredias, cessas potestis. Ex quo ipse Basilis inferit: ergo delictum cauli non est subiecti delinq[ue]ntem iudicis: alias ubique delinq[ue]nt maneat, subditus est. Et confirmat utram sententiam ex præcepto cuius Romanæ, quæ alibi delinq[ue]ntes panit.

Verum hoc fundamento sententia est, ut a communi sententiâ recedamus: viatores enim subditus non sunt iudicii loci, quia transeunt, nisi in his, quæ ad rectam illius reipublicæ gubernationem pertinent, quia cum domicilio non acquirent, neque ibi delictum committerint, non habent fundatum integræ subiectio[n]is. Quapropter iusta illorum subiectio est indicata, & querentis ad bonum commune reipublicæ pertinet: at ad bonum illius reipublicæ, quæ transeunt, non pertinet punire deicta si bi commissa, sed ad summum temeritate delinq[ue]ntem puniendum. Erge. Et Clemens. *Pastoralis.* hoc ipsum probat, liquidum dicit, non posse iudicem ordinari punire delinq[ue]ntem existente extra territorium suæ iurisdictionis, nisi fuerit illi de more remissus. Supponit ergo Pontificis de more, & confutidine esse remittendum: mos autem cum non sit specialis alieus proximus, sed generalis, constitutus ius, atque adeo de iure est remittendum. Ergo non potest iudicis illius loci illum puniri. Addit, esti delictum integræ cauli sit subiectio[n]is, non obiret sequitur existentes extra territorium posse a iudice puniri, qui constituit tub. electionem, dum est initia terminorum, secus extra: sicut domicilium, quod est causa integra configendi subiectio[n]em, non dar actionem iudicis extra territ. rium. Quod autem alibi delinq[ue]ntis non possit a iudice loci illius, quæ transiunt, puniri tener inumeros iuris. & è praib[us] Farinac. lib. 1. *prax.* q. 7. à num. 6. & 7. & ad conferendum Romanam optimè relendet num. 12. id potuerit ex p[ro]p[ter]a consuetudine: cum enim à principio fuerit totius orbis domina, & ratione sui imperii omnes ei subiectentur, delinq[ue]ntes aibi ipsa puniuntur & hæc potestas ex tacita aliorum Principium concessionem videtur protegata. Adiuvat tamen Farinac non pena ordinaria, sed extraordinaire puniri. Putes limitationes huius doctrinae adducit Farinac de fute temporis cum iure iurata, de hæretico, de bannito, de assassinio, de iurione publico. Sed si bene expanditur, hæc non sunt limitationes, sed declaraciones regula generalis, quæ dicit ratione delicti delinq[ue]ntem subiectam esse iudicii illius loci, in quo delictum commissum est: nam omnes hi consentent continuare delictum, & illud, quæ si de novo, tibi refidere præstare.

**17.** Refat argumentum num. 10. allatis satisfacere: Ad primum dicto, domicilium, & delictum re iudice subiectum ad inquisitionem de delicto faciendam: de quo loquitur cum communi sententiâ Farinac at ad obligationem ei imponendam sufficie habitat, quæ si permanent, permanent obligacionem inducit, secus transeunt. Quæ solutio necessario est ad delictuaris admittenda in legibus, & præceptis, quæ ob bonum commune reipublicæ feruntur, queque diximus afferentes p[er]egrinos, & in legibus, quæ aqua[m]mitem obligant in loco p[er]egrinationis, ac in domicilio. Nam ex aliquo capite oritur tunc subiectio[n]is, & obligatio, non ex domicilio, neque ex delicto. Ergo ex transeunte obligatio. Ergo habitatio transiens sufficit ad subiectio[n]em constituantur in his quæ ad bonum commune reipublicæ pertinent.

Ad secundum facilis est solutio, si concederemus, posse

Episcopum loci, quæ transeunt p[er]egrini, illos matremo

ingere, & in oīis dispensare: ut cum alii defendit Basilis

de Leon lib. 5. de matrim. cap. 13. num. 4. Sed non posse,

non inde inferitur, non habere iurisdictionem ad subiecto

viatorem suis legibus, sicut & habet ad subiectandum legibus

bonum reipublicæ spectantibus; quia ad hanc iurisdictionem solum

solum requiritur habitatio, eti modica sit; at ad dispensandum, & coniungendum matrimonio, & reliqua alia sacramenta, quae necessaria non sunt, potest non solum habitatio pro maiori anni parte, sed que vere domicilium constitutum, requiri, ut doceat Azor tom. I. lib. 5. cap. 11. quæst. 3. fine, & alij multi relati à Sanchez illa disp. 18. Adde non ex eo, quod Episcopus non possit ordinare, & confirmare viatores, nisi residentem majori anni parte, inficeret non posse ius legibus illum adstringere. Ergo neque etiam ex eo, quod non possit coniungere matrimonio, vel dispensare, debet inficeri; ex via enim potestate ad aliam non procedit argumentum. Et ratio omnium est, quia potestas obligandi legibus, ex bono reipublicæ, in qua forent moratur, procedit: quod bonum cum addit, etiam neque tempore ibi existat, tribut potestatem: at potestas dispensandi, & coniungendi matrimonio, trespici bonum ipsorum, qui coniungendi, vel dispensandi sunt. Non ergo eti micum si remittantur ad proprium pastorem, & denegent facultates ei, qui ex accidente solum propriis est.

Ad tertium fateremur quenlibet Sacerdotem debere celebrare iuxta morem sue patriæ, vel in azymo, vel in fermento, quia ita specialiter est constitutum in Concilio Florentino sub Eugenio IV. ob feruandam pacem, & unitiōem inter Ecclesiast. Graecos, & Latinos: ex quo ad alias casus non licet agere; immo potius ex hoc privilegio licet inficer obligandos, sive viatores le conformare legibus loci, qua transeunt, in omnibus illis casibus, in quibus non est speciale priuilegium, quia ex proprio iusto regulatur in contrarium.

Ad quartum rejicenda est expeditio glossarum, ieunante in Sabato, vel non ieiunare, liberare esse oblationem quatenus ad extrahentes, non quantum ad incolas; omnes enim adstringuntur, vel diximus, confunditely recepta: quare expeditio legitima est. S. Augustinus, hoc genus rerum liberum habere oblationem, quia liberum est cuiilibet populo sine praesidio fidei, quod in hac parte libertus, obliteratur; cum tamen in rebus ad fidem pertinetibus habe libera oblatione admitti non debet.

Ad quintum iam constat, qua ratione viatores non fortinuntur loci, qua transeunt, ut possint, inquit, ibi conueni, quando scilicet ex munio contenti, vel ex natura concursum, alibi est definita solutio; fecus vero dicendum est de somniis, & conditionibus in contractu requisitis.

Ad sextum concedo legato fundo, non legari seruos, qui ibi cau sunt; non enim ex eo, quod quis haber dominium aliquis rei, debet illud habere omnium illarum rerum, quæ ibi existunt: at vicinique aliquis sit, necessarij iurisdictioni illius reipublicæ subiecti debet, quia ad rectam gubernationem hanc subiectio pertinet. Haec autem, quæ adducuntur ex cap. nam & ego, Eccl. ad uestram, de regularibus optimè explicat Suarez illo cap. 14. de relig. num. 25. ait enim cum Panormit. dici per quandam metaphoram & impromptuatem non durate, ex quæ breui tempore durant, non quia vere non darent: sicut Pontifices vnius diei, vere Pontifices est, & inter Pontifices numerantur, eti posse reputari per metaphoram quandam, ac si non fuerint: cum autem in presenti non de metaphora, & impromptuete, sed de veritate sermo sit, an scilicet legibus loci teneatur, qui vere in loco existit, dum ibi permanet, non debemus ad metaphoram recurrere. Adde Salomonem dicit vnguentum, quia ex legitimo matrimonio vnguentus fuit, texus vero in cap. ad uestram de regularibus fundabatur in presumptione, prælambabatur enim monachum illum non confessum in professione, cum tam brevi tempore ab ea resiliere: at obligatio viatorum ad leges loci, qua transeunt, non in presumptione animi, sed in rea loci existentia, & ratione cum reliquis de ciuitate fundatur.

Ad septimum iam diximus, non solum statutum, sed etiam sententiam comprehendere subditos intra territorium existentes, fecus extra mortantes.

Ad viiūm nego infideles non teneri legibus pollicis loci, qua transeunt; concedo ramen non teneri legibus Ecclesiasticis, quia sunt extra iurisdictionem Ecclesie. Idem dicendum est de regularibus, quia exempti sunt, non obligati legibus, cuiuslibet Episcopatus, nisi in casibus a iure expressis: at obligantur legibus illius contentus, qua transeunt. Non in autem, eti non concordant legibus professorum, quia non sunt professi: at alfringuntur aliquibus legibus propriis, quia statim suum respiciunt. De sacerdotibus celebrantibus more sue patrum iam dictum est.

## §. IV.

Quid dicendum de vagis: qua ratione legibus teneantur.

<sup>1</sup> Quis sit vagus.

<sup>2</sup> Hoc non teneri legibus loci qua transeunt, sicut peregrini, & forenses, affirmant aliqui.

<sup>3</sup> Reprovatur haec sententia.

- <sup>4</sup> Vagus puniri potest à iudice loci, in quo capitur, tameſi fornis non possit.  
<sup>5</sup> Probabilis est remittendum esse ad locum delicti, si petatur à iudice illius.

<sup>1</sup> **V**agus est, quæ nullibi habet certam sedem; quare qui alii cubi habuit domicilium, & ab illo exiit animo non rediundi, sed alibi afflendi, vagus est, quoque domicilium figurat, sic Thom. Sanchez lib. 3. de mair. cap. 25. à n. 1. usque ad 4. & lib. 1. in Decal. cap. 12. num. 23. fine, & multis allegatis Fatinac. lib. 1. praxis quæst. 7. n. 34.

<sup>2</sup> De his ergo vagis fertur Leohardus Lessius lib. 4. cap. 2. dub. 7. num. 49. & Sayrus in clavis regia lib. 3. cap. 4. num. 3. idem est dicendum ac de peregrinis, & viatoribus, cum affirmet peregrinos & viatores nullis legibus oppidi, qua transiunt, altringi; & de vagis certus est idem dicendum? & ita tener loan. Sanchez in suis selecti. disp. 14. n. 34.

<sup>3</sup> At merito ab omnibus aliis Doctoribus rejicitur hæc sententia, etiam ab aliis qui affirment peregrinos, & forenses exemptionis esse à legibus municipalibus, & Episcopalibus. Nam in vagis est specialis ratio, cum enim nullibi habeant domicilium, debent illud sortiti ex praesentia habitatione, alias omnibus legibus particularibus effici exempli, quod à recta eorum gubernatione distet; & ita tenet Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 18. num. 15. & in Decalog. lib. 1. cap. 12. n. 2; Azor. tom. I. lib. 5. cap. 11. quæst. 12. Salas disp. 14. de leg. scilicet 4. num. 55. Bonac. disp. 1. de leg. quæst. 1 panel. 6. num. 54. Suarez tom. 1. de relig. lib. 2. cap. 14. num. 20. Basil. de Leon. lib. 5. de mair. 6. 7. Lorca 1. 2. tom. 2. disp. 25. in fin. in tract. de leg.

<sup>4</sup> Ex quo inferitur vagum puniri potest à iudice loci, in quo capitur, de delicto alibi commissio: sic probat texus cum glossa in lib. 1. C. vbi de criminib. agi oportet, quam aut Farinac. lib. 1. praxis quæst. 7. num. 13. esse communiter receptam.

<sup>5</sup> Difficultas autem est, an debeat remitti ad iudicem, vbi commisisti delictum, si petatur: in qua te Farinac. lib. 1. praxis quæst. 7. alios referens, docet, non esse remittendum necessarium, si iurisdictionis sunt sub diversis Principibus, fecus si sub uno Principe. Nam quando sunt sub diversis Principibus, vere index capiens vagabundum habet iurisdictionem in illum ex praesentia habitatione: sicut si ibi figuraet domicilium. At quando sub eodem Principe versatur iurisdictionis, censetur Princeps nolle delinqüentem alibi puniri, nisi in loco, vbi commisisti delictum. Ceterum probabilius credo (emper delinquenter remittendum esse ad locum delicti), ut ibi puniatur, si à iudice loci illius petatur remissio; quia iudicis illius loci ratione delicti subiectus est: neque videtur subiectus iudicis loci, qua transit, in punitione delictorum, quæ alibi sunt commissa: nisi ad summum in defectum iudicis, vbi delictum commissum est, quia puniri est ob exemplum, & reparacionem scandalis dari: quod cum datum solùm sit, vbi delictum commissum est, ibi est puniendum, quæ ratio probat, sicut domicilium acquiratur, sicut non, sic Decian. in matrim. tom. I. lib. 4. cap. 13. num. 17. & seq. Coatt. præc. qæst. 11. n. 7. Iul. Clar. lib. 3. recept. sent. in præc. crim. quæst. 39. n. 7. contentit Azor tom. 1. lib. 4. c. 11. q. 3. fine.

## §. V.

An peregrinus, & forensis teneatur legibus sua patris, quando alibi est, vbi non vigent.

- <sup>1</sup> Nullus adstringitur legibus extra territorium.  
<sup>2</sup> Quid ex eo inferatur.  
<sup>3</sup> Si animo non ferandi legem à territorio excessas, negant plures te deobligatum manere.  
<sup>4</sup> Probabilis est oppositum, licet amque esse talē fugam.  
<sup>5</sup> Satisf. argum. num. 3. adductis.  
<sup>6</sup> Si in tua parochia sit dies festivus, & extra non; non teneris Missam audire, si non dicuntur, dum ibi assit, neque illum expectare.  
<sup>7</sup> Si tamen dicuntur plures Missæ à mane, usque ad 12. non potes horum octaua extre Missa non audit, secundum satis probabilem sententiam.  
<sup>8</sup> Probabilis censio oppositum.  
<sup>9</sup> Quid dicendum de ieiuniis? affirmant plures te posse ieiunium sumere manu vbi ieiuniū obligat, si nocte peruenitus es ad locum, in quo nulla es obligatio.  
<sup>10</sup> Probabilis censio oppositum.  
<sup>11</sup> Cum manu deobligatus fuisti à ieiunio, non teneris vesperum illud feruare, defenditur, ut probabilis.  
<sup>12</sup> Si iam impleuisti præceptum communione, ieiuniū, & fæsi in loco tui domicilii, non teneris illud feruare, scilicet scandalo, cum peruenisti ad locum, ubi tunc viger.  
<sup>13</sup> Leges respicientes delictum in territorio commissum ligant subiectum extra existentem, quidquid immerito contradicunt Basil. de Leon.  
<sup>14</sup> Beneficiarij absentes abque legitima causa ligantur excommunicatione late aduersus absentes.

- 15 Eur existens extra territorium ligatur excommunicatione la-  
ta aduersus illum ob delictum in territorio communis.  
16 Statuto municipali obligari potest subditus absens, ad id quod  
cedit in uilitatem grauem musicum.  
17 Excommunicatione lata aduersus colloquenes cum monia-  
libus ligari beneficiarios, tametsi monasteria extra dio-  
cesim existant, assertur, ut probabile.  
18 Proponitur obiectio, & resolutio, quid sit tenendum.  
19 Ratione rei sit ligari potest ablero statuto municipalis.  
20 Communis sententia docet statuto municipalis, specialiter in  
damnum communis non cedentes absentes non ligari.  
21 Contrarium sententia satis probabile.  
22 Sancitio tacita obiectio.  
23 Quod dictum est de lege, dicendum est de pena, qua ad sui  
executionem officium iudicis non requirit.  
24 Si confusa imposita est aliqui delicto, & illud inchoato in tuo  
territorio, perfidis extra, confusa non ligaris, tametsi  
alij contra sentiant.  
25 Pena, qua officium iudicis requirit, extra territorium im-  
poni non potest.  
26 Potest imponi a iudice, in quo delictum consummatum est,  
& etiam ab eo, in quo fuit inchoatum, si ibi habeat do-  
micilium.  
27 Item, estu domicilium non habeat, communis sententia docet  
potest puniri delinqüentem à iudice, in quo delictum fuit  
attentatum, non solum ob attentationem, sed ob deli-  
ctum, quod alibi consummatus.  
28 Proponitur quadam obiectio, & sic ei satis.  
29 Quia dicta sunt de territorio alieno, dicenda sunt de locis  
exemptis.  
30 Qua dicantur loca exempta t

**C**ommunis, & recepta sententia est, neminem extra ter-  
ritorium adstringi legibus illius, etiam si leges sunt iuri-  
bus communis; quia extra territorium ius dicenti non paretur  
impune, ut est decisio textus in cap. ut animarum, de consi-  
tut. in 6. & traducti ibi Doctores. & in cap. a nobis, de sen-  
tenti. excommunic. sic Sanchez lib. 3. de matr. n. 18. &  
in Decal. lib. 1. cap. 12. n. 26. Couart. 4. variarum, cap. 10. n. 8.  
& in cap. alma, 1. part. §. 10. n. 3. Azot tom. I. lib. 7. cap. 30.  
fine. Suarez lib. 2. de festis. cap. 13. n. 2. & 14. n. 25. & lib.  
3. de legibus. cap. 31. n. 3. Basilis de Leon lib. 5. cap. 8. num. 1.  
Bonacina disp. 1. de legibus, quaf. 1. punt. 6. n. 59. Salas innumeris referens disp. 14. de legibus, fecit 5. n. 60. Leflius lib. 4. de  
inst. cap. 2. dub. 8. Saytus in clavis regia, lib. 7. cap. 3. num. 1.  
Ratio est, quia Princeps in lege ferenda bono sua dictio is at-  
tendit. Ergo extra suam diuisionem nihil imperare potest.

2 Et quia sit peregrinum, & forentem accedentem ad locum, vbi ieiunium non seruatur, sicut si veniret Mediolanum, primis quatuor diebus. Quadragefim, in quibus carnes reficiuntur, possit moribus illius se conformare, id est, si Lufitanus veniret Castellam, potest se Sabbati intermissione animalium vesci. Et id est de vicinis vnius parochie, si transfeant in aliarn parochiam, dicit sic supradicti DD. Suar. Bonacina, Salas, Sanchez, Basilis supra.

3 Sed retinat endocandit difficultates.

Prima, an si animo eximendi te ab obligatione, qua in tuo  
territorio adstrictus es, peregrinari, possit non prouilegio nisi  
Negat Petri de Ledelina de matr. quaf. 1. art. 5. p. 3. dub.  
vlt. concl. 1. & 3. fol. 198. Man. 1. tom. summ. cap. 21. n. 1. fine.  
Rebellis de inst. 2. part. lib. 2. q. 7. sec. 3. n. 16. & inclinat Salas  
disp. 14. de legib. sec. 5. n. 63. circa finem. & Saytus in clavis  
regia, lib. 7. cap. 3. n. 12. & specialiter, cum quis ob confessionem  
facienda alteri à proprio Sacerdotio proficiebitur: tener Gabr.  
Valquez in 3. part. quaf. 9. art. 2. Mouentur ex cap. sedes, cap.  
ex tenore, de rescript. vbi fraus, & dolus nemini patrocinio  
debet: at hic dolum & fraudem committit. Deinde in 1. §.  
idem animi, ff. d' aqua pluv. arcenda, prohibetur fodens  
agrum proprium, si id fecerit animo nocendi alteri, felicit  
auerendi fontem vicini, quod si animo fecit meliorum suum  
agrum reddendi, ei permittetur: at hic animo nocendi  
legitatori proprio fugit à loco. Ergo ei non est licitum.

4 Nihilominus tenenda est contraria sententia felicit lici-  
tum esse fugere haec praecepit obligationem, & exire à loco,  
vbi ieiunium, vel festum viger, animo solum in alio loco, vbi  
praeceptum non est, laborandi, vel comedendi. Ratio efficax est,  
quia in hac fuga virtus iure sibi concessa, neque enim prae-  
cepit, quod in aliquo loco viger, obligari ibi vicinos perfruire,  
sed solum obligari, ut dum ibi adsum, feruent illud; postquam  
autem ex illo loco exierint, iam cessat eius obligatio: & in tene-  
re alios rectens Sanchez lib. 3. de matr. disp. 18. n. 29. & lib. 1.  
in Decalog. cap. 11. n. 35. Basilis de Leon lib. 5. de matr. cap. 9.  
n. 4. Suarez tom. I. de relig. lib. 2. cap. 13. num. penult. Bonacina  
disp. 1. quaf. 1. punt. 6. n. 64. qui omnes docent intendenter  
contrahere sine patroche, & testibus, seruata tamen antiqua  
forma, posse se conferre ad locum, vbi non est accep um Tri-  
denitum: etiam co animo faciat, neque obinde peccate, quia  
non potest dici fraudem committere, vires iure sibi concessa, ex

reg. nullus videtur, ff. de regul. iur. & l. 3. §. 3. tamen ff. de libero  
homini exhibendo, qua ratione optimè aduerter Sanchez illa  
disp. 18. n. 29. cum Couart. & Sarmienti contrahente cum  
concupina in articulo mortis, ea intentione, ut filios legitimos  
faciat, non peccate, etiam si fraudem substituti fecerit, quia  
non potest dici fraudem committere, qui iure virtutis proprio:  
colligi etiam licet, licet peregrinum habentem calus teletra-  
tos, vel alia cau' intendenter alteri, quam patrochii domiciliis  
confiteri, peregrinari ea intentione, quia virtus iure sibi con-  
cessa, tempore peregrinationis, confiteri, inquam, cui voluntate,  
non ex concessione proprii patrochi domicilaris, sed ex conce-  
ssione iuris communis, sic expresse Basilis n. 6.

5 Argumento contraria ex dictis manent soluta: non enim  
committunt frater, dum qui iure suo virtutis. Neque in praefatis  
facit aliquam iniuriam legislatoris, ex eo, quod eius obligatio  
nem fugias; ipse enim non habet potestem obligandi, nisi  
dum in suo territorio extiterit: at egressus ex illo, iam cessat  
eius iurisdictione. Addit supradictam l. 1. prohibere foliis  
agi, cum constat nullo alio fine fieri, noli damnificandi vicino:  
at in praefatis non potest constare fugam esse ob minuendam  
iurisdictionem superioris, sed potius ob commodum tibi inde  
proveniens. Ergo.

6 Secunda difficultas est, an si in tua parochia sit dies fe-  
stus, & extra non, teneatis audire Missam, aut. quam ex ea est  
qua parochia?

Et quidem si nullum est factum, ante quam ex ea, etiam si  
postea futurum sit, cense te non esse ob igatum expectare,  
qua praeceptum Missa non obligat ad expectandum in loco,  
sed ad audiendum sacram, cum audiui potest. Econtra vero si  
solum vnum factum est, quodque celebratur, cum tu praesens  
es loco, sine dubio obligaris es audire, quia obligaris praeceptio  
& est commodities adimplendi, nec appetat ratio, unde excus-  
eris: in his conuenient Doctores statim referendi.

Difficultas est, an quando in tua parochia plures sunt Missae  
celebrande, v.g. à manu sive ad duodecimam, possis non au-  
di factu facto egredi hora octava ad locum, in quo Missa dicen-  
da non est, neque illius est obligatio?

7 Negat Suarez lib. 2. de festis, c. 5. circa finem, n. 9. & 10.  
quoniam sequitur Basilis de Leon lib. 5. de matr. c. 8. n. 6. Mo-  
uentur, quia dum es illo in loco, afficeris praeceptum & obliga-  
tionem audiendi sacram: contracta autem obligatione, non illam  
pro tuo libito executre potes, led illam debes necessario adim-  
plicere, quia est praeceptum affirmativum, quod obligari implere,  
quam primum possis, neque superius posita via implendi. Et  
confituo, si itante illo in loco feres impedimentum forte, audire  
sacrum, necessario hora nona, tenbaris hora octava factum au-  
dite, & impedimentum praevenire: & id est de recitatione  
horarum, de & communione paschali, & generaliter de quolibet  
praecepto, quo semel fuit ligatus, si scis impedimentum tibi  
esse apponendum, tenebis ante implere: si in praefatis eius ap-  
ponendum tibi esse impedimentum, ne audias lacrum, & hoc à  
tua voluntate: ergo debes auctoratum impedimentum apponas,  
factum audire.

8 Nihilominus, eti hoc sit factum probabile: at probabilius  
credo te non tenet audire factum in supradicto calu: docet  
Sanchez lib. 2. de matr. disp. 18. n. 21. & lib. 1. in Decalog.  
cap. 12. n. 32. Salas disp. 14. de legibus. sec. 5. n. 66. Ioan. San-  
chez in select. disp. 54. n. 9. Probo, quia dum ades in illo loco,  
& sunt plures Missae celebrande, quibus potes factus facere prae-  
cepto, non te virget praecepti obligatio: at praeceptum non te  
obligat à loco non exire. Ergo non te obligari audire sacram, si  
non vis exire. Probo consequenti, quia exiens à loco, iam  
exemptus es ab obligatione. Et confituo: si scis tibi esse  
concedendam dispensationem hora decima à praecepto audiendi  
de Missa; illo die non tenebaris Missam praevenire: sicut si  
scis tibi esse concedendam dispensationem recitandi horas  
canonicas illo die, non tenebaris praevenire tempus dispensa-  
tionis: sed egredies à loco, concedit tibi dispensatio, &  
egressus nullo iure tibi prohibetur: ergo non tenebis Missam  
praevenire. Secus vero dicendum, si ad locum, vbi obligari prae-  
ceptum, proficeris, in quo tamen scis celebrandum non esse  
factum; tunc enim tenbaris audire sacram, ante quam ex ea,  
quia tunc illa Missa, qua dicitur, quando vis exire, est repu-  
ndata ultima, & vniqa, & obligatoria praecepti. Quocirca est ad-  
tendendum duplex esse genus impeditorum praecepti ad-  
implendi: alia sunt impedimenta, que omnino liberant à prae-  
cepto; alia, que exculant. Impedimenta que liberant à prae-  
cepto; non tenetis praevenire, neque impediunt, nisi possis: qua  
ratione non tenetis impedit dispensationem, que te omnino  
liberat à praecepto: at impedimenta, que solum excusat à prae-  
cepto, quia praecepto manes subiectus, ut sunt infirmitas, igno-  
ranzia, obliuio, detentio & similia, tenbaris praevenire, ut  
praecepto facias facere, neque ibi licetum erat quare haec  
impeditencia, ut ab obligatione praecepti liberarentur: at dispen-  
sationem praecepti, & egressum à loco vbi obligari, nullo iure  
cauevit et non possit quare. Ergo. Et per hanc solutum manet  
argumentum contrarium.

9 Tertia difficultas est, an idem dicendum sit de ieiunis

in tuo enim oppido est dies ieiunij, extra non est; potestisne in tuo oppido carnes, & ieiaculum sumere manu, si scias velpe futurum esse in loco, vbi ieiunium non seruat?

Et quidem omnes conueniat te existentem in loco, vbi ieiunatur, non posse carnes comedere, quia obligatio abstinentiae a carnis obligat pro singulis momentis, & qualibet momento integrè adimpleri potest: ergo tenetis illa obligatio dura in tuo oppido. Dubitacio solum est de ieiaculo sumendo, an, inquin, fumere illud possis manu, sciens vesperum debilitatem esse à ieiunio? Affirmat Sanchez, disp. 18. n. 12. & in Decal. lib. 1. c. 12. n. 34. Lessius lib. 4. cap. 12. dub. 8. n. 57. Salas disp. 14. sett. 5. n. 68. Suarez lib. 2. de relig. tom. 1. cap. 12. fine. & lib. 3. de leg. cap. 32. n. 3. Joan. Sanchez invenimus referens disp. 4. de ieiunio, n. 27. & 30. Mouetur, quia obligatio ieiunij est indubitabilis, constitutus in unica cœlestione; quia fœlē ieiunio violato, nulla est obligatio: at ieiunium nocte obligatum non est. Ergo neque obligabit summō manu. Neque obstat causam nondum adesse, sufficit moralis illius tentatio sicut itur ad excedendum opus seruite, potest cibos sumere, antequam creas, non obstante ieiunio præcepio, quamvis auta excusari non extet, impeditique posset.

10. Ceterum hæc tentatio nihil non probatur, quia nullus potest excusari a præcepto ab mortalem certitudinem supervenientis dispensationis, quia non spes dispensationis, sed dispensatio ipsa obligationem præcepti tollere potest: atqui existitas in loco vbi ieiunium seruat, obligatur ieiunio. Ergo non potest ab illo excusari ut spem existentiae in loco prærogatio, sed spes, & voluntas illius privilegium concedere. Neque illi simile de laborante, cui enim labor est necessarius, eo ipso à ieiunio excusat, non ob laborem existentem sed ob necessitatibus illius: quocirca dicimus communauerit laborantes deobligatos esse ieiunare diebus festiuis, non solum ob defatigacionem laboris præcedentis dici, sed ob necessitatem ad labordum de sequenti. Sed necessitas, aut voluntas, potest ut excommunicatum fore: quia delatum placet in Ecclesia, etiæ extra officio inchoatum.

14. Ex his inferatur primo. Si in Episcopatu Salmanticensi sit censura lata, etiam per statutum ipso facta aduersus beneficiarios à sua Ecclesia sine legitima causa absentes, ligare beneficiorum extra diœcensem existentem, quia delictum commissum in diœcesi: cum enim in diœcesi debet esse præfex, cap. ex iure, de clericis non residentibus, & omittat præsentiam, ibi cœptus omittatur, vbi præfex esse debet, iuxta l. qui non facit, ff. de regulis iuriis, ibi, qui non facit, quod facere debet videtur facere aduersus ea, que non facit, & colligitur ex cap. 1. de iuriis, in 6. unita globo, & cap. 1. ut lute non concepata, & tradunt Sylvestri Angel. Suarez, Bonacina, Salas, & alii supra.

15. Inferatur secundò, ligari furem existentem extra territorium excommunicatione lata aduersus furantes, nisi intra mensem satisficerint, vel se fianti iudici delicti, vel domicili, in quo est lata excommunicatione: quia tunc delinqutit domicilium non se presentando iudici illius, ex suppositione, quod iudici delicti non se presentauit, neque satisfactionem fecit, tradit exprestè Azoz, quæsi. 1. Angel. & Sylvestri. supra, & Salas num. 70. fine.

16. Inferatur tertio, statu municipali obligari posse absensem subditum ad id, quod edict in utilitatem graueni municipijs, & puniri si id non faciat, quia tunc non punitur propter delictum, extra territorium commissum, sed intrasimilia enim, & offensa, & dannum municipio proueniens infra, cœptus factum moraliter, etiæ physicæ extra stat, sic Couartuas, Suarez, Salas, & reliqui communici: qua ratione ligabitur cœnuta lata per statutum aduersus extrahentes tritum è ciuitate, vendentes arma barbaris, & alia similia qui haec fecerit, quia elo actions materiales, & physicæ extra diœcensem sint, ad damnum, & iniuria diœcensi atrocitat, & in illa mortaliter existit: ea de causa merito puniri potest, & deciditur in l. nemo, 2. C. que res exportari non debent, vbi prohibentur arma illa, aut ferrum vendere barbaris, hoc est, hostibus Romani imperij, & in l. fin. C. de paenit., cauerter, ne scientia subiciendarum nauium hostibus communicetur. Idem est si Princeps cauerter, ne subditus extra prouinciam meteaturam exercet, quia videtur in damnum, & iniuriam reipublica cedere, ut tradit Roman. singul. 516. factus 1. 2. C. de eunuchis, vbi cauerter, ne eunuchs Roman, ad dominum cuiusque transferantur, quod intelligi debet, quando is, qui transfert, subditus est Romanorum Principi: hoc dixi ut concilarem diueras sententias communiqueret veritatem in intellectu legis Lusitanie, quæ prohibet, ne mancipia se vendant: nam Salas n. 77. affirmat nequaquam se vendi posse, etiam si existente in loco, vbi est consuetudo, ut qui vult, se vendat; contrarium enit Mozin, tom. 1. de iustit. disp. 33. verf. scindendum est, in fine. Dicendam ergo est, si mancipium amittit domicilium, ut vere cœndendum est amittere, cum le vendat alteri a Lufiano, non tenebitur legi, quia tunc non est subdittus; secus vero si se vendat Lusitano, quia non videatur amisse domicilium.

17. Quartu posset aliquis inferre, si statutum sit in hac diœcesi Salmantina, ne villus clericus, sine speciali licencia sui Episcopi ad monasteria monachum, & vicinum sine,

L accedat,

13. Quina difficultas est quid dicendum sit de legibus, & præceptis respiciantibus delictum in territorio commissum, an ligem subditum extra existentem: negat Balbus de Leon lib. 5. c. 7. n. 10. cum Gab. in 4. disp. 28. quæsi. 2. conclus. 6. Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars I.

accedit, & ibi colloquatur, ligati excommunicatione eo accedentes, etiam monasteria extra diocesum existant, quia delictum est aduersus dignitatem, & decentiam status clericalis huius Episcopatus, quam decentiam, & honestatem illa lege intendit praecaveri, quia illo accessu, & collocatione labefactari conatur: sicutque ad id l. mercatores, C. de commerciis, & mercatoribus, ubi prohibentur ciues Romani habere commercium cum Persis, quia non erant imperio Romano subiecti, & l. fin. ff. de decreto, ab ordine faciendo, habetur, ne extra municipium eis aliquis ad commercia. Ergo iam lege municipali, possunt subditis aliquae actiones prohiberi cedentes in damnum municipii, & ita tradit Bart. in l. cunctis populis, C. de summa Trinit. Azor. tom. 1. lib. 5. cap. 25. quæst. 4. Salas disp. 14. sect. 6. num. 86. Aduetto tamen sufficientem debere explicari actionem extra territorium factam, ut lege comprehendenti conatur.

18 Sed aduersus hoc corollarium objicies: Quis ex evidebit inferri nullam esse legem, quæ subditos existentes extra proprium territorium ligate posse, cum quælibet lex bonum communis respiciat, & de violante illam dici posset iniuriam, & damnum, vel in fortuna, vel in opinione reipublica facere. Consequens autem videbit esse contra expressam decisionem textus in cap. ut animarum, de constitut. in 6. vbi extra territorium ius dicenti non parent impunè: quem texum, eis Bart. explicit in l. 1. C. de summa Trinit. num. 45. & 46. de legislatore absolute ferente legem, neque explicante an velit extra territorium extendere, & dicat talen legem debere ad territorium taliendi: si ex parte suam voluntatem, ut extra territorium procedat, affirmat subditos ligari posse. Cæteri vero Doctores, ut videbit in Couart. cap. ultim. 1. part. §. 10. n. 3. Nauart. cap. 17. n. 17. & de legibus. lib. 3. cap. 32. n. 4. hanc interpretationem omnino resciunt, & affirmant nullum iudicem extra proprium territorium posse iuri dicere, quantumvis velitis quod si dicere attinet, posse illi non parent abique delicto, & merito punitionis. Quocirca respondere duplificiter actionem prohibitam per legem, & in territorio alieno exercitiam, cedere posse in iniuriam, & damnum reipublica, qua prohibetur, vel generaliter, vel specialiter. Si specialiter cedat in iniuriam & damnum reipublica, ut contingit in lege prohibite extra territom fragmenti à ciuitate, venditionem armorum exercit. & similia, abique dubio cense existentes in alieno territorio ligari posse supradicta lege. At si solum generaliter cedat in iniuriam, & damnum reipublica, quæ tulit legem, sed poterit, non magis cedit in eius iniuriam, quam in iniuriam alterius reipublica, ut contingit in lege, & statuto prohibiente futrum, stuprum, homicidium, & etiam in statuto prohibente clericis accessum ad monasteria monialium, comitatum scismaticum: hac enim omnia æque labefactant decotiant, & honestatem status clericalis illius reipublica, quæ tulit legem, quam alterius cuiuslibet; ac proinde delictum committi censetur in diecisi, non extrâ.

19 Inferitur quinto ratione rei sita ligari posse absentem statuto municipal, quia ratione rei sita fortior quis forum, cap. fin. de foro competenti, & probat text. in cap. Roman. §. contrabentes, eodem rit. Quocirca fieri potest statutum, ne res aliqua, domus, ager, &c. vendantur, nisi tali forma, & solemnitate, ligat eam vnde vendentes, etiam in extra territorium sint, iuxta l. 1. ff. de fundo dotali, & præterea, quia harum lagum obseruantur cedit in velitarum reipublica, & illarum viatio in graue illius damnum, ac proinde delictum committi censetur in diecisi, non extrâ.

20 Sexta difficultas, an possit dari statutum ligans delinquentes subditos extra territorium, etiam si delictum nos cedat specialiter in damnum reipublica statutum?

Communis est sententia dari non posse, ex supradict. cap. ut animarum, vbi non attenditur factum, sed potencia, redditum enim ratio, quare existentes extra territorium statutus Episcoporum suorum non ligantur, quia ius dicenti extra territorium non parent impunè, hoc est, attentanti dicere ius extra territorium, abique punitione non parent: sic fecit omnes Doctores in princ. huius §. relati.

21 Verum si licet mihi dicere, quod sentio, existimo esse sat probabile, posse ligari legem, & statuto delinquentes, in alieno territorio: atque adeo posse sub excommunicatione ipso factio incutenda, prohiberi subditis, vbi cumque existant, furum, homicidium, adulterium, & qualibet aliam actionem prohibitione dignam. Probo, quia per sententiam, & generale præceptum hoc prohiberi possunt, ut cum communis sententia docet Suarez 3. p. 1. m. 5. disp. 5. sect. 5. Bonacina censur. disp. 1. quæst. 1. punt. 11. num. 11. Ergo etiam prohiberi possunt per legem, & statutum. Probo consequentiam: nam qui sententiam, & præceptum generale imponit, ius dicit, sicut cum legem imponit: si inquit per præceptum dicere posset ius in existentes in alieno territorio, cur non dicere potest per legem? Affirmare namque legem adstringi territorio secus verò præceptum, hoc est, quod certe conatur, & rationem humana perimus: vtrumque enim tam generale præceptum, quam

legem ob bonum territorij seruntur. Præterea nullum sequitur inconveniens, ex eo quod existentes extra territorium ligantur legem, potius, quam præcepto. Non enim ex hoc specialiter labefactatur iurisdictio iudicis, in cuius resigatio delinqens existit: siquidem in eius territorio, & ditione nullum, actum iurisdictionis contentiose legislator exerceat. Nam ibi non citat reum, neque comprehendit, neque puniri punitio, neque secundum delictum non trahat, quæque præcepto imponi non possit.

22 Neque obstat, si objicias extra territorium neminem posse exercere iurisdictionem contentiosem: ut imponendo legem exercetur iurisdictionem contentiosem, quia iurisdictionem contentiosem illa est, quæ in iniuriam redditur, ut dicit Accurs. communiter receptus in l. ff. de officiis Proconsulis, & semper censetur quis iniurias sustinere obligationem legis sibi impositam. Ergo. Non, inquam, obstat, quia hoc argumento probatur neque præcepto generali, neque speciali posse existentes extra territorium ligari, cum obligatio præcepti, sicut & legis, censetur iniurias adstringere. Quidam dicendum est, contentiosem iurisdictionem non esse, quæ redditur in iniuriam præcepti sed quæ indiget taliis, citatione, aut alia iuris solemnitate. Quando ergo solum à voluntate obligantis pendet, ut contingit in præceptorum impositione, non contentiosem iurisdictionem, sed voluntaria potius appellanda est. Addit aliud esse legem imponere, aliud legem obligare: omnium enim illa, quæ ad legis impositionem necessaria sunt, extra territorium exerciti nulla ratione possunt, quia extra territorium lex promulgata non potest: at efficiens ipsius legis, qui est obligatio, extra territorium esse potest, cùm officia infestabiliter personas, sine stipitu aliquo iudicij. Censeo ergo in omnibus illis casibus, in quibus præceptum generale imponi subditus potest extra territorium existentibus, & legem imponi posse. Et econtra in omnibus illis casibus, in quibus statutum fieri non possit aduersus extra territorium delinquentes; neque præceptum posse fieri, sic docuit Salas disp. 14. de leg. sect. 7. num. 90. & infrauenit sect. 5. n. 80. & seqq. & Basil. de Leon. lib. 5. de matrim. cap. 7. §. 2. qui num. 19. dicit le nullam differentiam invenire in excommunicatione iata per sententiam vel per modum statuti.

23 Septima difficultas, an ea, quæ dicta sunt de lege, dicenda sunt de pena per legem imposta?

Et quidem si pena iudicis executionem non requirat, sed ipso facto contrahatur, ut contingit in censuris ipso iure lati, codem proflus modo dicendum est, ac diximus de lege, & præcepto: illis enim omnibus, quos lex, seu præceptum comprehendere potest, potest & censura comprehendere. Et censura qui extra territorium existentes lege non ligantur, neque censura per legem imposta ligati possunt, qui censura est pena transgressionis legis, & vbi nulla est transgressio, nulla esse potest pena imposita, & in hoc nulla potest esse diffensio.

24 At contingere potest, ut in tuo territorio inchoas debilitas, & in alieno consummatas: ut si existens in tuo territorio occides existentes in alieno. Item decepisti in territorio proprio virginem, extraxisti à territorio, & in alieno violasti.

In hoc ergo casu placuit Vgolino lib. de censur. tab. 1. c. 9. §. 3. fine, te contrahere censuram homicidio, & stupro impositam, quia sufficit inchoare delictum, ut ratione illius subditus sis iudicis illius loci, vbi inchoatur.

Censura tenenda omnino est contraria sententia te nullo modo contrahere censuram ipso facto, quia censura non est imposita ob inchoationem delicti, sed ob eius consummationem: & consummatio est extra territorium, & consequenter extra iurisdictionem iudicis legem imponens. Ergo, sic Suarez tom. 5. de censur. disp. 5. sect. 4. num. 8. & 9. & lib. 3. de leg. cap. 32. n. 5. & 6. Sylvest. excommunicatione 2. n. 8. Angel. ibi n. 10. Salas disp. 14. sect. 5. n. 7.

25 Quod si de pena: quæ iudicis executionem requirat loquamus, primò certum est nullum iudicem extra territorium illam imponere posse, quia est actus iudicij & iurisdictionis contentiose, sive ob delictum inchoatum, sive consummatum imponatur.

26 Quis autem index illam debeat imponere, an iudex loci, in quo delictum fuit inchoatum, an iudex illius, in quo fuit consummatum?

Recepta est omnium sententia puniri posse à iudice loci, in quo delictum est consummatum, etiam si ibi non habeat delinquens domicilium, quia verè ibi delictum est consummatum, & ratione illius factum territorium. Ergo gubernans illius habet potestatem iniuriam sibi factam vindicandi. Deinde convenienti Doctores, si in loco, in quo delictum est inchoatum, habeat delinquens domicilium, poterit ibi puniri, non solum pena debita delicto attentato, sed etiam consummatu, quia ratione domicilii subdita est persona delinquentis iudicis domiciliario.

27 Quod si ergo solum est, an casu quo delinquens non subdatur iudex loci, ad quo delictum atterebatur, nisi ob attentatio

attentationem delicti alibi consummati, possit talis index de linquencem puniri ob delictum consummatum, v. g. Castellæ vulnus Petrum, occiditum Lufianæ. Castellæ rapisti puerlam, violasti Lufianæ potest à iudice Castellæ ob occisionem & stuprum puniri. Communis sententia docet te puniri posse, sic tradit. *Felin in c. fin. de foro competenti, n. 13.* Abbas in cap. postulati, eodem tit. num. 25. Bart. in l. dominum. ff. de furtis. *Marsilius in I.onica, n. 150.* C. de rapto virginum. Bald. in l. quis non dicam. *rapere, n. 3.* C. de Episcopis & clericis. Suarez de censuris. *disp. 5. scil. 4. n. 8. & 9.* Salas de legib. *disp. 14. scil. 5. n. 6.* Farinac lib. praxis. *tit. 1. quasit. 7. num. 45.* Ratio est, quia cum inchoatio delicti sit consummatio coniuncta, vbi delictum est inchoatum, ibi etiam reputatur consummatum ac proinde tanguum consummatum puniri potest. Deinde inchoatio, & consummatio delicti vnum delictum centri debet viruque loco factum, ac proinde in virtuo loco æquæ possibile.

28. Ceterum hæc communis sententia non levem patitur difficultatem, quia in re ipsa & rigore juris, aliud est inchoare delictum aliud illud consummari. Quapropter sapè delicto inchoato non imponitur ea pena, ac delicto consummato. Ergo si delictum consummatum est extra quam iurisdictionem, non poteris ob illius consummationem deliquerentem punire; quia solum potes illum punire ob iniuriam tibi factam: ut non fecit iniuriam in delicto. Ergo solam est consummatum, sed solum prout est attentio. Ergo solam attentationem, & non consummationem poteris iudex punire. Confirmo. Si mandates aliqui occidere Petrum, & Petrus à mandato efficit oculis in alio territorio, ab eo in quo dedicti mandatui. secundum communiorum sententiarum, non posses in loco mandati puniri pena debita occisioni, quando mandato talis pena imposita non est, sed es remittendus ad locum, in quo occiso facta fuit, vt docent Abbas in fin. de foro competenti, *Iulius Clarus in praef. quasit. 3. & 4. vers. item quatuor, & alijs plures relat. à Farinac. num. 47.* etiū ipse plenè non assentiantur. Sed hoc nulla alia ratione contingit, nisi quia obligatio in mandante, non ex mandato, sed ex delicto ex mandato sequitur oritur: sed etiam obligatio homicidii, stupri, non ex attentatione homicidii, & stupri oritur, sed ex huiusmodi delictis in re executis. Ergo non potest delinquens in loco attentationis ob delictum alibi consummatum puniri, & ita tener. Bart. in l. libellorum. ff. de accus. *Felin in cap. fin. de foro competenti, n. 14.* Alexand. plures referunt consil. 75. n. 6. vol. 3.

Retinenda tamen est communis sententia, posse, inquam, iudicem loci, in quo delictum fuit inchoatum, punire eius consummationem. Moxo ratione coniunctivis iure gentium introduxit, que ne delicta manent impunita, utriusque iudici delictum integrè subdit: facitque l. i. C. vbi de criminis agi operis, ibi commissa, vel inchoata sunt. Neque oblat ratio in contrarium adducta, quia inchoatio delicti via patet consummatio; & licet consummatio, quod actionem physicanam in alio territorio; & mortalitet in eodem territorio fieri ceperit. Praeterea esto non ledatur consummatione, potest ius ratione inchoationis subdere perfonam puniendum quod totum delictum, quod fere non subditum in mandante. Esto Farinac non absque probabilitate videatur mandantem, & recipientem mandatum in loco mandati puniri posse de delicto consummatum. Neque obligatio effici mandati, etiam si peratur sed debere tunc contulerit Principem.

29. Octava difficultas, an quæ dicta sunt, de territorio alieno, intelligi debent de locis exemplis etiam in intra dicessum existant;

Respondeo debere: ita ex communis sententia docet Suarez supradicto loco de censuris, & lib. 4. de legib. c. 32. fine numer. 9. Bonacina dis. 1. quasit. 1. punct. 6. n. 6. Azot. tom. 1. lib. 5. c. 25. q. 4. Salas plures referunt disp. 14. scil. 6. in princ. n. 8. Ratio est, quia ille vocatus exemplia, qui eximuntur a iurisdictione illius, cuius lumen exempta. Ergo ille non poterit iurisdictionem contentiosem ibi exercitare nisi in casibus à iure exceptis & decidatur in Clemens. Archibishopo, de privilegiis. facitque c. 1. Episcopas de officiis. ord. in. 6. vbi communiter Doctores. & c. 1. de privilegiis. sed lib. & cap. amicis fin. de statu regularium. in. 6. Quod si ad obligandum legibus, & preceptis exerceti deberet iurisdictionis eo in loco que obligatio innovit, nullo modo posse exerceti in locis exemplis, extra causis à iure exceptis. At iam diximus legibus, & preceptis obligari posse subditos extra territoriorum existentes, quia hæc obligatio cum intensibiliter fiat, neque indiget citatione, & notificatio ne facta in loco exemplo, optimè poterit subditos ibi existentes affectare.

30. Sed inquires, quæ dicantur loca exempla.

Respondet loca exempla esse illa, in quibus index territoriorum exercere iurisdictionem non potest, sed alterius iurisdictionis subditur. Monasteria monialium, & conventus religiosorum, in quibus sui superiores Episcopalem iurisdictionem non habent, nullo modo repato exempla, quia illa non sunt exemplia, sed pertinebant ibi habitantes exempla dicuntur. Quapropter censeo subditos territoriorum illuc accepta. de Castro Sum. Mor. Pars I.

dentes ligari preceptis, & statutis lati pro suo territorio: & ita docet. Suarez de censuris, *disp. 5. scil. 4. n. 10.* & Salas de legibus *disp. 1. 4. scil. 6. n. 8.*

## §. VI.

Qua ratione legibus civilibus obligentur clerici, & religiosi.

1. *Legibus Ecclesiasticam libertatem violentibus ligari non possunt; secus legibus, qua eorum statutis convenientes sunt.*
2. *Hic legibus ita graviter, ac laici obligantur clerici, quidquid, Navarr. sentiat.*
3. *Hac obligatio secundum plurium sententiam nascitur ex conformitate, quam clerici debent habere cum laicis eiusdem reipublica.*
4. *Alij dicunt ex sola approbatione Pontificis.*
5. *Refelluntur supradicti modi dicendi.*
6. *Probabiliter est has leges per se, & directè clericos obligare quodam viam directiunam.*
7. *A potestate coercitiva, & puniri omniaco clerici exempli sunt.*
8. *Proponitur quedam obiectio.*
9. *Supradicta obiectio si sat.*
10. *Religiosi legibus civilibus eodem modo obligantur, & deobligantur, sicuti clerici.*
11. *Constitutionibus Episcopaliibus deobligantur exceptis casibus a iure expressis.*

1. *Vælio non procedit de legibus Ecclesiasticis liberat. tam laeditibus; quales essent illæ, quæ clericos solum, & eorum bona resipescere; & confit enim his legibus viporti iniusti, minime ligari, ex cap. quamquam, de censuris, in 6. cap. Ecclesia, cap. qua in Ecclesiarum, de constitut. cap. nouerit, & sentent. excommunicat. cap. ultim. de immunit. Ecclesiarum in 6. cap. diligenti, cap. significati, de foro competenti, & tradit. Trident. off. 5. cap. 20. de reformat. Sed quæstio solum est de legibus, quæ clericorum statutum non decadent communique fun clericis, & laicis, & recte gubernationi ciuitatis convenientes. Talis est lex, quæ prohibet arma noctu deferti, metes ex ciuitate extrahit vel quæ signat prena rebus vendendis, & contractibus formam imponit. Ab his ergo legibus & eorum obliterazione convenient Doctores aduersit. Navarr. consil. 3. de constit. conclus. 3. numer. 4. clericos exemplis non esse: sic docent Valquez 1. 2. *dis. 16. cap. 4.* Saytus in clavis regia, part. 1. lib. 3. cap. 4. numer. 16. Salzedo in *praef. canon. cap. 55.* Couarr. in *praef. cap. 33.* Suarez de legibus, cap. 34. numer. 6. Salas *disput. 14. scil. 8. numer. 94.* Bonacina *disput. 1. quasit. 1. punct. 6. numer. 29.* Molin. tom. 1. de iustit. etat. 2. disputat. 31. sub fin. conclus. 6. Bellarmino. libr. 8. de clericis cap. 28. & alijs plures ab eisdem relati.*

2. Difficilis autem est, quanta sit hæc obligatio, & unde nascatur?

Et quod ad primum atinet. Navarr. consil. 3. constitut. *concl. 3. n. 4.* existimat nullam esse obligationem, quia non tenetur his legibus, vptore non favorabilibus, sed potius odiosis, & præiudicibus, quia non de contractibus, sed de delictis loquitur. consentit ex parte bonacina *dis. 1. de legib. q. 1. punct. 6. n. 33.* dicens non peccate moraliter, sed tantum venialiter, polito, quod indirectè solum recantatur legibus ciuitatis. Verum reliqui omnes Doctores affirmant tenetur his legibus eadem obligatione, ac tenetur laici, quia non appetit unde inveniatur eis obligatio. si semel ponamus legibus illis additum.

3. Quoad secundum vero unde nascatur hæc obligatio; Valquez *dis. 167. c. 4.* existimat nullam ex conformitate, quia tenetur debent clerici cum laicis vptore partes eiusdem reipublicæ, non ex eo, quod legibus ciuitatis directè adstringi possint. idem tenet Azot. tom. lib. 5. c. 22. quasit. 3. & tom. 2. lib. 9. de imperiis. cap. 7. quasit. 8. & 9. Salzedo in *praef. canon. cap. 55.* veris. non tam intellegit. Moneunt quia potestati ciuitati nulla est attributa potestas imperandi personis Ecclesiasticis, vt expedit dicitur in cap. Ecclesia S. Mariae, de constitut. c. decernimus, de iudicis. cap. 1. feuerales de foro competenti, in 6. Sed sine potestate, impetrandi, obligatio obedienti esse non potest. Ergo Ecclesiastici nullam habent obedienti obligationem legibus ciuitatis quæ leges ciuitatis sunt. Et confirmo, quia iudices laici nullam habent potestatem puniendi clericos transgredientes suas leges. Et signum est non habere potestatem directam illos obligandi, quia potestas coercitiva semper est directius coniuncta. Reflat ergo ut aliounde oriatur obligatio: at ex nullo alio capite videtur posse oriri, nisi ex conformitate quam omnes partes reipublicæ debent inter se habere. Ergo ex illo capite oritur,

4 Proper hæc Suarez lib.3, de legibus, cap.3. & cap.34. n.13, concedit has leges ciues, quatenus tales sunt, non obligare Ecclesiasticas personas, sed solum quatenus à Pontifice approbantur, & canonizantur ad hunc effectum, adducitque pro se Decimum in cap. Ecclesia, de constitution. num.27. & ibi Marius Mantua num.23. & Petrus Gregorius n.16. Fonsius Garcia de ultim. fine, illar.10. princip. num.155. & illar.1. num.223. Mariana disp. 8. n.17. & 47. Rebus in comment. ad confit. Gallie, tom.1, in proemio, gloss.1. n.62. Qui omnes solum dicunt huiusmodi leges ciuiles approbatæ à Pontifice; nullus autem dicit secula haec approbatione vim obligandi habere, inquit potius supponit id est approbatas, qua veli leges erant, & approbatione dignæ. Probar autem Suarez suam sententiam ex cap. 1. de noui operis munitione, vbi mandatur d-moli edificium, quod post nunciacionem factum erat: & redditur ibi ratio, qua legalibus constitutionibus demoliri debet. Sicutum ergo est legales constitutiones à Pontifice approbati, & assumi in causis definitis. Secundò probat ex cap. 1. in causis definitis, c. de capitulio, dispe. 10. & alius, in quibus Pontifices prouulsi facti, ut leges Imperatorum sequentur.

5 Mihil verò supradicti modi dicendi non probantur: & quod acte ad primum, puma ex illo inconvenientia sequuntur. Primo enim sequitur Ecclesiasticos transgredientes leges has ciuiles, vel nullum peccatum committere, vel ad summum veniale. Non enim peccant ciues, qui legiūm exempti sunt ab obligatione alicuius legis ex eo, quod alii ciuibus non conformantur, sicut non peccant legiūm dispensati, haec enim conformatio obligat, quando nulla est rationabilis causa excusans. Secundò etsi ciuies partes sint cum laicis viuis reipublice: at nulla est dissontia, etsi illis in modo procedendi non conformantur: in qualibet coim republica non omnes personae eodem modo obligari esse debent, inquit potius varietas in hac parte est quedam uniformitas: qua ratione Equestris, & nobiles non subeunt eadem onera, & tributa, at plebej, neque proinde dissontiam causant. Ita ergo in petitionis Ecclesiasticis philopandum est: solum enim dissontia esset, si persone Ecclesiasticae nella legitima causa intercedente, inesse non convenient. Tertiò si leges ciuiles imponentes: prædicto, & oleo, aliisque mercibus personas Ecclesiasticas non ligarent, possent vendere Ecclesiasticis abfue iniustitia, & obligatione restituendi ultra pretium taxatum. Probo, quia illa taxa non ligat Ecclesiasticos, sed secula illa poterant Ecclesiasticos vendere titicum, & oleum ultra pretium taxa signatum. Ergo etiam poterunt statre taxa. Taxa enim solum est pro tritico, & oleo laicorum, non Ecclesiasticorum. Neque valit dicere polita taxa, sive a legi, sive a consuetudine, sive a natura, iam titicum, & oleum ultra non valet: siquidem ultra ultimam non potest, quia hoc est vetum, quando pro omni tritico, & oleo, & pro omnibus perlungis esset taxa impensa: tunc enim omnes eandem de mercibus ultimationem facerent: at quando solum pro mercibus aliquantum personarum taxa est imposta, mercibus aliis tantum plurius personarum inauctis relictis, haec merces valorem habent, ac si nulla taxa facta fuerit. Quarto sequeretur non tenet Ecclesiasticos feruare leges formam contrahibitibus imponentes, quia illis non subduntur: quod est contra omnium sententiam, & expressam decisionem textus in cap. innov. 1. de arbitrio. Dices tenet feruare: quia irritant actus taliter factos. Contrà hæc irritatio prouenit ex potestatis superiori: at si ciuili gubernator nullam in clericos potestat habet, sed ipsi inceps sint ab eo exempti, non habebit potestam in irruptioni corrum actus. Efficiacor enim iurisdictio requisita est ad irruptionem, quā ad simplices obligationem. Hæc ratio clavis concordia in contractibus factis a clericis inter se: nam si clericis cum laico contrahatur, tunc enim quia claudicaret contractus ex parte laici, etiam ex parte clerici reddebatur infirmus: sicut contingit in contractu matrimonij Christiani cum infidelis: ratione enim inobligabilitas posita Christiano, redditur contractus infidelis nullus: in testamento autem est specialis ratio: si enim leges ciuiles formam testamenti imponentes testamentum clericorum non comprehendunt, possent illis non feruari, non solum alios clericos, sed etiam laicos instituere hæredes, quia laicus capax est hæreditatis ex legitimo testamento relictus, sicut capax est hæreditatis relicta ex testamento, quod secundum leges sui patriæ nullum est, est ita non firmum secundum leges proprias partis, in qua conditum fuit. Ne ergo hæc inconvenientia sequatur, probandas non est modus dicendi Vaquez.

Neque etiam mihi probatur integrè modus dicendi Suarez. Nam ex supradictis cap. 1. de noui operis munitione. & c. immunitate, de arbitrio, potius colligitur has leges ciuiles obligare clericos ratione sui, quam ex approbatione Pontificis, ibi enim deciduntur causas, ea solum ratione, quia legali constitutioni aduersabatur. Supponebat ergo Pontifex legalem constitutionem ex se vim habere. Dices, habere vim ex antecedenti approbatione

Pontificis; sed contrà nulla approbatio Pontificis ostendit potest, quia si constitutua obligationis, & illam non supponeat. Ergo Dende, quia si leges ciuiles ex se non habent vim obligandi, sed solum quatenus approbantur à Pontifice, cùm approbatione Pontificis generalis sit, cenebantur approbatæ non solum quoad actum imperatum, sed etiam quod prenam illius transgressioni impossum: præcipue cùm ex hac approbatione nullum speciale inconveniens sequatur, non enim ex hoc sequitur potestatem ciuilem habere iurisdictionem puniendo Ecclesiasticos, cùm non puniat ratione sui, sed quatenus per potestatem canonican talis potest approbatæ. Consequens autem non admittitur à Doctoribus. Ergo siquid est leges ciuiles aliunde habere vim obligandi, quā ex approbatione Pontificis.

6 Quocirca mihi probabilis appetat, has leges ciuiles, de quibus in presenti est feruo, per se, & direc' clericis obligare: tenet haec sententiam, & modum dicendi ferò omnes Doctores in princip. relati, & eam probat latè Salas disp. 14. de legibus, sect. 8. à num. 94. Ratio præcipue est, quia clerici ciues sunt, & paries præcipue ciuili reipublica, ac proinde gubernatori politico reipublica debent esse subiecti. Sed gubernator politicus, quisque iurisdictionem temporalem habet, in illa re publica non est, vt suppono, Pontifex, sed Rex, Regi in temporalibus subiecti sunt. Poterit ergo Rex illas leges impoñere, quā ram eorum statu, quam reipublica convenientes sint. Confismo. Neque iuste diuino, neque humano clericis exempli sunt à gubernatione politica reipublica. Ergo ressentent ciuius legibus respiciens communem gubernationem, ac tenentur reliqui ciues. Antecedens probo. Nam ex iuste diuino potius conflat contradictione ex illo loco Pauli ad Rom. 13. n. 1. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subiecta est, quia verba expedit Chrysostom. hom.23. ad Rom. etiam ad clericos excedunt; at enim, etiam Apollonus sis, Euangelista, Prophetæ, sive quisquis tandem fuerit; nec enim pierat subiectus ista subiectus: & paulo superius dixerat Christum leges suis non ad hoc induxit, vt politicas euerat, sed vt ad melius instituat. Ex iuste autem canonico constat potius huiusmodi leges sive præcipi obseruandas; non ergo ab illarum obseruatione existuntur. Quare ciuius persona Ecclesiastica dicuntur exceptæ à iurisdictione laicorum, intelligi debet, quod vim coercitum, seu punitionem, & quod vim directum: in rebus tantum spiritualibus, & quæ eorum immunitatem spectant. Addit clericos obligari legibus communiter laici, neque illis prædicendum affectibus, vt Abbate in cap. Ecclesia S. Mariae, de confit. & Felino ibi num. 37. Decio num. 17. tradit Molini de Hispan. primogen. lib.2. cap.10. n.82. pag. mili. 325. Sed ex hac directa obligatione nullum detrimentum clerici patiuntur. Ergo.*

7 Verum si de potestate coercitiva, seu punitionia loquamur, certum est clericos iuste canonico exemptos esse ex ē. at si clerici, clericis, equaliter, de iudicis, c. Ecclesia S. Mariae, de constitutionib. c. determinamus, de re iudicata, c. facultates, de foro competentes, & alius, que passim referuntur à Doctoribus, que non solum probant de punitione, que causa cognitionem requirit, sed etiam de punitione, que ipsi delicto annexa est. Nam etiam hac punitione est quedam virutus sententia late non aduersus communatorem, sed aduersus quilibet personam delinquente; etiam autem clericus, quæ clericus est, & quatenus est persona particularis, exceptus sit à iurisdictione laica, vt ex supradictis tribus constat, efficit faciem ligari non posse posse per iudicem laicum statuta.

Neque obstat potestari præcipendi coniunctam per se esse potestatem puniendo, quia hoc est per se: at ex ratione, & ex privilegio. Ergo possunt separati, & in diversis personis existere: per se eam, & ex natura iei tam clerici quam laici transgredientes leges politicas puniri a Rege potest: at ex privilegio, & exemptione illis concessa a Christo, vel à summis Pontificibus puniri non possunt ab alio, quam ab Ecclesiastico iudice, qui potest solum prenam imponere, quæ imposita era laicis transgredientibus leges politicas; non tam tenet, sed potest pro liberto prenam moderari: & in his c. inveniuntur Suarez lib.3, de legibus, c. 34. n. 15. & 18. Salas disp. 14. sect. 9. & 10. num. 106. Bonacina disp. 1. q. 1. p. 6. n. 29. Valquez disp. 167. c. 4. num. 10. Cou. in præl. cap. 33. n. 7. & Salzedo in præl. canonica, cap. 55. verific. tertio minime, & seqq. Bellatim, lib.1. de clericis, cap. 28. & alii inveniunt per eoldem relati.

8 Sed objicis confutendum fati vistram puniendo clericos transgredientes has leges: si enim clericis armi nocte ferat, aduersus ciuilem legem prohibentem sub priuatione armorum, ne feratur, index facultatis arma tollit, neque testinuit, etia id intendat index Ecclesiasticus: tradit Couart. 1. variarum, cap. 20. n. 18. ad finem, Iulius Clarus lib.5. recept. sentent. 9. fin. queb. 3. 5. num. 3. 6. Placa 1. de delicto, cap. 8. num. 16. supponit Salzedo in præl. cap. 5. pag. 166. Emanuel Saa verb. clericis, n. 6. consentit Vaquez, disp. 167. cap. 4. quando arma sunt prohibita, que neque domi retineri possunt. Item si clericus syllas, & nemora ingrediatur ad venationem sub aliqua prohibitione pecuniaria, vel ciuius animalia aliqua damna fecerit,

ab illo exigitur pena, & si opus est, ex eius bonis accipitur illo  
remune, aut pignora capiuntur, dum ipso non solvit: sic tra-  
dit Salzedo alios referens c. 55. pag. 173. Item signata contribu-  
tione pro reparacione viarum, pontium, &c, quoque clericis vel  
ex iure, vel ex permissione Pontifici imponuntur, si de facto  
negligentes sunt, obligatur solvere atem per bonorum appre-  
hensionem, etiam beneficiorum fractas sunt: sic Ioan. de Platea  
in his. Capit. us. n. meritorius, lib. 10. R. buffi, c. 1. n. de sententia,  
art. 3. t. 6. Aules in capitib. procuror. c. 23. in gloria ad ver-  
bum, den ordin. Ladouic. Mexia, c. 4 pragmatice, raze panis, con-  
clus. s. n. 4. Salzedo alios referens. c. 55. pag. 172. col. 2. Ego tam  
clericis puniuntur a iudice seculari.

9. Respondeo nullo modo posse iudicem faci atem arma  
tollece ab Ecclesiastico; neque pecuniam pro reparacione dam-  
niorum, solutione vestigalium, si ad hanc factem regnitio  
causa prerequiritur: nam tunc etiam iudice Ecclesie, co-  
& non seculari clericis conuenienter est, tradit C. gorius  
Lopez in l. 24. n. 15. par. 7. Castillo l. 70. Tauris num. 18. Aules  
in cap. praeferente 17. gloria, l. n. 12. Salzedo in pract. c. 55. pag.  
172. col. 1. Ioannes Andreas. Felinus. Abbas & alii in c. Ecclesiastis  
de constitutionib. (quidquid contra sententia Bartholom. Caffan.  
in confusione. Burgos. cap. 1. §. 5. m. 90. Mexia in pragmati-  
za panis, conc. s. n. 2. 9. Ioan. Faber. in Landoletos ex recu. d. i. in  
verbis vero processat. C. o. episcop. aud. & alii), quia clericus  
exemptus est a potestate civili, quod tribunalum, & iudicia, ex  
quoque sive competentes, clericis, & sive clericis, de iudicis, & aliis  
relatis. Ego abique speciali permissione Summi Pontificis ubi-  
li in hac parte non preter. Hanc autem permissionem apud Gal-  
legos in aliis defendit Petrus Rebiffus in L. a. v. r. v. r. p. r. i.  
m. 5. de verbis significatis. Sed an hæc sit revocata constitui-  
tio ne bulas exco, iudicandum relinquo Summi Pontificis,  
priori reliquit Nanari... 27. n. 70. Salzedo supra vrs apud Gallos,  
pag. 168. Valq. disp. 167. c. 16. n. 32. Salas disp. 14. sect. 9. n. 108.  
Verum si pena ex iusta est de plano, absque aliqua contro-  
versia iudicari queritur iudex, & exigere ab solam declarati-  
onem ministeriorum, qui signata sunt ad has penas, seu con-  
tributions exigendas, tunc licet videbitur potest secularis iudi-  
ces ab Ecclesiastico exigere, quod soluerint, si soluerint, poterit  
ab illis aliquid in pignus accipere solutioni praetendere, quia hæc  
eo a tam in peccatum violata legis accipiuntur, quam in repa-  
racione danni dati, seu in contributione debitam: sic docet  
A. segundo de manuis regum 3. part. cap. 14. n. 13. Greg. Lopez  
l. 51. tit. 6. v. 6. par. 1. A. secundo l. 12. n. 11. 13. lib. 1.  
v. 1. v. 1. compit. a. num. 2. quis teferit, & sequitur Salzedo  
in pract. cap. 55. pag. 173. Et idem dicendum est de sublatione ar-  
morum, non, inquam, tolluntur arma in peccatum transgres-  
sionis legis, sed potius ne clericis prolegetur in legis viola-  
tionem.

Dicis hoc verum esse, si clericis postea redderentur, & tol-  
luntur, ut si co regio applicentur. Ergo in peccatum delicti  
exempti, ac potius tam puniuntur clericis a secularibus iudi-  
cibus.

Respondeo hoc argumentum conuincent non posse spoliari  
se mis clericum a iudice seculari, nisi ei postea reddatur eorum  
valor, aut a iudice Ecclesiastico in illorum priuatione conde-  
mnerit: sic Salas disp. 14. sect. 9. n. 107. & sic explicat Couart. &  
Emmanuel Saá (upra citata).

Sed inquire, qui clerici exempti sunt à potestate laicali in  
priuatione?

Respondeo omnes illos, qui privilegio fori gaudent: qui  
autem hi sine latius dicimus in tractatu de immunitate Ecclesiastica  
de Ecclesiastico perlonarum.

10. Religiosi comparati possunt ad leges ciuilis, & ad con-  
tributions Episcopi, in cuius directi velantur, si comparaten-  
ti ad leges ciuilis. Idem dicendum est de illis, ac diebus de  
clericis, tenet, inquam, seruare illas leges, quoque neque eorum  
habet immunitatem, neque statui religioso opponuntur. Quo-  
ceter tamen non extrahere triticum, vel alias merces a cuita-  
re, quando bonum contumine prohibetur talis extractio, re-  
& alia similia. Non tamen obligari possunt ad penam, sicut  
neque clerici obligantur.


11. Quod si religiosi ad contributions, & præcepta Episco-  
palia comparantur, nulla ratione exceptis casibus à iure expellis-  
cuntur, qualiter iam omnes fecerit religiosi sunt: constat ex c. 1. de  
privilegiis, in 6. & ex Trident. sif. 25. cap. 42. de regulari-  
& i. in interdicto, & clesiast. à diuinis: ergo ab aliis sunt pror-  
ditur. Suarez in l. 1. lib. 4. cap. 20. fine. vbi bene adserit,  
neque ex debito uniformitate tenent has leges seruare, nisi ad  
hac uniformitatem, quia habent sufficientem causam excusationis ab  
obligis antecedentibus, cum eam obligacionibus statui religioso an-  
ticipaverit, ergo non debent alia sustinere. Adducit Suarez  
in suis confirmationib. exemplum de nouitius, qui non tenentur  
ex ratio obediencia, cum nullum fecerit, neque etiam ex uni-

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars I.

formitate, quia haec non ligat nisi illos, qui in eodem statu, &  
professione sunt. At nouitii non sunt in eodem statu cum pro-  
fessis, sed potius sunt in probatione illius statu, illamque in-  
tendunt experiri. Multo minus videntur teneti Religiosi con-  
formati secularibus in eorum obseruantis.

## DISPUTATIO II.

### De lege penal, & irritante.

 V. & superiori disputatione diximus, communia  
sunt cuilibet legi. Sed quia de lege irritante  
atque & peccatum-imponente, sunt speciales dif-  
ficultates, placuit de illis speciale disputatione  
instituere.

### PUNCTUM I.

An lex penal possit transgressores illius obli-  
gare conscientia ad subeundam penam  
ante iudicis sententiam.

1. Pœna alia est priuationia alia positiva, alia ipso iure latata, alia  
serenda.
2. sotus affirmat nullam penam prater censuras incurri posse  
ante iudicis sententiam.
3. Alij distinguunt inter penas positivas, & priuationias, &  
priuationis affirmant incurri posse ante iudicis senten-  
tiam, secus penas.
4. Ad utramque penam potest humana potest obligare ipsa  
facto per legem.
5. Intelligenda est conclusio de pena moderata, non de ea, in  
qua vita, fama, aut honor pericitur.
6. Satisfit argum. num. 2. & 3. adductis.

1. Præmitto primò, duplex esse genus penarum. Aliæ sunt  
priuationis, aliae politiæ: les aliae sunt, quæ nullam re-  
quirunt actionem, aliae vero, que illam requirunt. Priuationis  
penas vero, in priuatione consistunt: quales sunt omnes  
censores, inhabilitates, iritationes, & aenallations actuum. Po-  
liticas penas vero, quæ actionem aliquam expostulauit ad sui  
executionem, sive actio facienda sit ab ipso delinquente, sive  
ab alio tertio. Haec sunt flagellatio, exilium, solatio pecunia,  
multatio membrorum, priuatione vite, & famula.

Secundo præmitto penam aliam dicta latam ipso iure, aliam  
serendam. Illa dicitur latam ipso iure, quæ ad positionem delicti  
consequitur: illa dicitur serenda, quæ post delicto serenda est  
a iudice.

2. Questio ergo procedit de peccatis tam priuationis, quam  
positivis. An possit legislator suis legibus obligare transgres-  
sores ad subeundum illas ipso facto ante sententiam factam de-  
claratoriam criminis?

In qua re est prima sententia Soni lib. 1. d. iust. q. 6. art. 6.  
concl. 1. ad 1. 1. & 4. lib. 4. quest. 5. art. 3. qui avos est affirma-  
re nullam penam prater censuras incurri posse ante iudicis  
sententiam, fuit Victoria rel. 1. 1. de iust. num. 14. & Angel. in 4. n.  
q. de iniuria legi penam. Probari potest haec sententia. Quia  
non videtur data rei publice potestas ad hanc obligationem in-  
ducead, quia tota potestas rei publice est ad politicam gu-  
bernationem. Ego ad coercenda delicta, que politica gu-  
bernationi obstant. Sed hæc non videtur esse alia, quæ  
publica sunt, publicatione facti, vel sententia. Ergo ob alia  
delicta pena incurri non potest. Et hinc næc est differentia inter  
legi latas à potestate Ecclesiastica, & ciuilis: potestas enim  
Ecclesiastica bonum spirituale subdiuini attendit, idque  
potest secreta delicta penis suis spiritualibus coercere: at ciuilis  
potestas, cum potius attendat politicum regimen, non videtur  
peccatis secretis penam afficer posse. Et confirmo. Penas  
Ecclesiasticas sunt medicinales, quæ statim, ac quis cessat à  
delicto, tollendz sunt. At penas temporales semel imposta non  
toluntur, quantumvis de delicto resipescat. Ergo ex impostis  
penarum Ecclesiasticarum ad ciuilis non valer argumentum,  
& in interdicto, & clesiast. à diuinis: ergo potestas imponendi Ecclesiasticas penas man-  
uerit à Christo Domino, qui potuit ob præcauenda letitia pec-  
cata hanc potestem concedere. At potestas ad ciuilis penas  
serendas manavit à rei publica, que solem delicta gubernationi  
politicæ aduersantes præcaueit intendit. Secundò, quia exequi  
penam est officium iudicis. Ergo sive interuenit iudicis pena  
exequi non potest.

3. Secunda sententia affirms priuationis penas contrahi  
posse ante iudicis sententiam, secus vero penas politicas, quæ  
actionem ad sui executionem requirunt: ita Gaietan. 2. 2.

L. 3. 9. 6. 3.

DE  
ASTRO  
PALATI  
TONI.